ius ad eundem episcopatum esse pretenderit, de quo tamen hactenus numquam constetit nec constare potuit, et si qua bulla ut prefertur emanasset, cum omni eius processu et inde secutis appellacionis remedio fuerit et sit suspenssa, mirandumque esset ecclesiasticas personas talibus ligari mandatis. Preterea quamquam summus pontifex possit contra legem generalem quedam speciali beneficio indulgere, illud tamen iure disponendi dumtaxat presumitur facere considerata racionis equitate, ut sancta Romana ecclesia, que mater est iusticie, in nullo videatur ab eadem dissentire, eapropter non est presumendum, si dominus noster papa Sixtus tempore concessionis dicte bulle et confirmacionis de predicto cardinali emissa fuisset plane informatus de tenore dictorum compactatorum et quantam iacturam Pataviensis ecclesia per prefatam assertam bullam et dictam pretensam confirmacionem incurreret et dampnum, quod easdem non fecisset vel admisisset. Summus enim pontifex in concedendis privilegiis seu facultatibus hoc attendere censetur, ut ea privilegia tantum seu rescripta, que vel ob religionis vel necessitatis vel exhibiti obsequii graciam concedit, neminem relevando ita divitem faciant, quod aliorum detrimenta non circumspiciendo eosdem in paupertatis miseriam deiciant illud apostoli ad memoriam revocans, quod ad Corinthios scribens ait: non enim volumus, ut aliis sit remissio, vobis autem tribulacio. Quibus sacra lex principum concordans dicit, quod rescripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus debeant refutari, nisi forte aliquid contineant, quod alterum non ledat et prosit petenti vel crimen indulgeat suplicanti, et ob has quidem res dicit Leo papa quartus: ideo permittente domino suprema capita sint pastores hominum effecti, ut illud minime excedant, quod patres nostri sive in sanctis canonibus sive in humanis legibus affixere. Hii etenim, qui talis modi excessus contra sanctorum saluberrima instituta agunt, cum ipsi id, quod predecessores eorum divino statuerunt, consulto intactum non relinquunt. Et ideo licet suprema potestas legibus suis soluta existat, tamen illud diligenter attendere debet, quod quam preclare iure consultus ait, digna vox est maiestate regnantis legibus alligatum se principem profiteri. Nam cum ab omnipotenti deo de auctoritate iuris auctoritas principis dependeat, tunc maius est submittere legibus principatum quam leges principatui sive imperio, quia diceret: maior honor est, maior convenientia, cum imperium sit

de fortuna. Hoc etenim principum moderacioni in posterum convenit, ut que racionabiliter ordinata sunt et instituta, nulla refragacione in posterum maxime absque evidenti utilitate vel necessitate turbentur. Quo ergo pacto supradicta bulla[4] sicuti prefertur divo cesari data mereri deberet effectum, que nec cum canonum nec cum legum ratione nec denique cum aliqua equitate concordat. Ex qua etiam immerito alia quam de prefata canonica eleccione contra pretacta compactata forte facta fuit provisio seu confirmatio. Et propterea si etiam non cognitio, sed dumtaxat executio in vim eiusdem demandata esset, adhuc tamen de veritate precum iusticia mediante inquiri deberet, ut si fraus, si importunitas vel alius defectus intervenisset, de negocio et tali confirmacione cognosceretur, maxime cum res grandis sit et magnum preiudicium ecclesie generet. Ideo nos Wilhelmus prepositus, Valentinus decanus ac capitulum ecclesie Pataviensis prefate, quorum maxime interest et prout naturalis iuris ratio postulat inprimis, ad hoc vocari audiri et res ipsa cum cause cognicione et debita iuris solemnitate purificari discuti peragique aut procedi debuisset, cum preiudicium illud non temporale, sed perpetuum nostrum et ipsius ecclesie existat et nedum nos, sed et predictorum compactatorum intuitu universam germanicam nacionem concernat. Sed quia predicta observata non sunt, ideo patet, quod exorbitanter et nulliter processum est contra predictas raciones ac pacta, obligaciones et conventiones speciales, que ut predicitur iuris gencium et naturalis sunt, nullo alio iure tolli possunt. Nam licet hec pacta conventiones et obligaciones a principio fuerint voluntatis et a parcium dependebant consensu, tamen cum partes ipse easdem ultro citroque communi consensu et voluntate applicarunt, de post nonnisi mutuo consensu ab eisdem resilire potuerunt, ut eadem causa corruptionis sit, que et generationis fuerat, nec etiam presumitur principes nationis Germanice, si qui fuerint, qui litteras ad sanctissimum dominum nostrum pro domino cardinali de Hesler dederunt, per easdem voluerint a compactatis predictis recedere, cum nec in eisdem de tali recessu aliquam specificam mentionem fecerint, quin ymmo pocius mentem eorum in contrarium declarare statuerunt et sic nec ex illis mentem sanctissimi domini nostri predicti motam esse seu moveri de-

1932. [4] Mon. boica XXXI, II, 551 nr. 245.

buisse nec etiam in bulla seu rescripto illo cesari dato sanctissimum dominum nostrum illis derogare nec illud voluisse vel disposuisse apparet. Itaque nec defectum intencionis tollunt nec ius tercii, sive illud causetur ex iure gencium sive ex iure positivo. Que cum ita sint, nos Wilhelmus prepositus, Valentinus decanus ac capitulum prelibati propter dictam pretenssam[b] confirmacionem et processum nullo iuris ordine servato habitum tanquam non vocati nec auditi nec ad aliquam nostri defenssionem[b] admissi, quod tamen per procuratores nostros cum debita instancia petivimus et rogavimus, et alia multiplicia gravamina, que suo tempore, prout de iure possumus et debemus, deducere parati sumus, de quibus omnibus, si sanctissimus dominus noster summus pontifex plene fuisset informatus, nequaquam presumendum est sanctitatem sumam quidquam tale admittere voluisse. Sencientes igitur nos supradictos ac nobis adherentes seu adherere valentes ac iura res atque ecclesiam nostram communiter et divisim multipliciter gravatos et in futurum plus gravari posse a dictis gravaminibus illatis et inferendis censurarumque et processuum comminatoribus omnibus aliis et singulis exinde secutis seu sequendis ac ceteris quibuscumque preiudiciis illatis seu inferendis nichil aliud petentes quam iusticie administracionem, que nulli eam petenti est deneganda, quam etiam presentibus humillime et quod possumus, instantissime petimus et petitam esse protestamur solemniter et prout de iure petere possumus atque debemus pro nobis ac omnibus aliis supradictis et ut prefertur, nobis adherentibus ac adherere volentibus ad sanctissimum dominum nostrum summum pontificem et eius sanctam sedem apostolicam, tanquam per adversa motiva, iniquam suggestionem et odiosam declaracionem seu importunam precum instancia seductum seu verius circumventum ad bene et melius informandum in hiis scriptis provocavimus appellavimus supplicavimus et reclamavimus provocamusque appellamus suplicamus ac reclamamus cum protestacione de prosequendo huiusmodi nostram appellacionem et ceteris clausulis oportunis solitis et consuetis salvo iure addendi mutandi et minuendi et corrigendi ac aliam vel alias appellacionem sive appellaciones de novo interponendi aliasque, prout fuit et est moris, curie atque stili, super quibus omnibus et singulis

---

1932. [b] Cod.

supradictis dominus Valentinus decanus pro se ac nomine predicti venerabilis capituli sibi omnibusque aliis et singulis, quorum interest intererit interesse poterit, quomodolibet in futurum a nobis notariis publicis infrascriptis unum vel plura publicum seu publica fieri et confici peciit instrumentum et instrumenta. Acta sunt hec Patavie in stuba capitulari iam dicti capituli sub anno indictione die mense hora et pontificatu quibus supra, presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus viris, dominis Vdalrico Helltaler, sepedicti capituli sede vacante reddituario in Wienna, Petro Vberåckher, decano in Mautarn, magistro Henrico de Wennding, Erhardo Schewtz alias Leb et Iohanne Weittschach, vicariis chori ecclesie Pataviensis sepedicte, presbyteris dicte diocesis, testibus ad premissa vocatis, rogatis et specialiter requisitis.

Et ego Erasmus Wůerer, clericus Salczburgensis diocesis, publicus sacra imperiali auctoritate notarius ac decanatus ecclesie Pataviensis scriba iuratus, quia suprainserte appellacionis interposicioni apostolorum peticioni et protestacioni omnibusque aliis et singulis premissis, dum sic ut premittitur fierent et agerentur, unacum honorabili viro domino Georgio Euerdinger, connotario meo subscripto, ac testibus prenominatis presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci subscripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Et ego Georgius Euerdinger de Wels, clericus Pataviensis diocesis, publicus sacra imperiali auctoritate ac officialatus curie Pataviensis notarius atque scriba iuratus, quia supradicte appellacionis leccioni interposicioni apostolorum peticioni et protestacioni omnibusque aliis et singulis premissis, dum sic ut premittitur fierent et agerentur, unacum honorabili viro domino Erasmo Wůerer, connotario meo prescripto, ac testibus prenominatis presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu alterius me alias legittime prepedito fideliter scriptum exinde confeci subscripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque et nominibus meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium premissorum rogatus et requisitus.

1933. **1480 März 22.**

Propst Johann zu Sannd Ŷppöllten vidimiert auf Bitten des Abtes Larennts zum Gottweig die ihm von demselben im Original auf Papier mit aufgedrücktem Siegel vorgelegte Urkunde nr. 1855.

Siegler: Propst Johann zu Sannd Ŷppöllten.

Datum: Geben an mitichen vor dem heiligen palmtag (1480).

Orig., Perg. Deutsch. Siegel von Perg.-Streifen abgefallen.

1934. **1480 März 25, Salzburg.**

Der Notar Erasmus Würer beurkundet die Publication der Appellation des Passauer Domcapitels gegen die Ernennung des Cardinals Georg von Häseler zum Bischofe von Passau an die römische Curie an der Domkirche zu Passau und an der Metropolitankirche zu Salzburg.

Copie in Cod. F f. 106.

In nomine domini; amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo, indictione tredecima, die vero solis duodecima mensis marcii *(März 12)*, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Sixti divina providencia pape quarti anno nono pro parte venerabilis in Christo patris domini Valentini Pernpeckh decani vice et nomine venerabilis capituli ecclesie Pataviensis tunc capitulariter congregati ac capitulum facientes et representantes principalium in retroscripto appellacionis publico instrumento principaliter nominatorum legittime requisitus ego Erasmus Wuerer, publicus sacra imperiali auctoritate notarius infrascriptus, animo et intencione insinuandi notificandi et publicandi ac ad omnium et singulorum, quorum interest intererit aut interesse poterit, quomodolibet in futurum noticiam indubitatam deducendi retroscriptum appellacionis publicum instrumentum valvis seu portis maioris ecclesie Pataviensis publice affixi ipsumque sub summo officio aliis divinarum horarum solemniis stare permisi ita, quod a pretereuntibus videri poterat et legi, peractis divinis officiis idem retroscriptum publicum instrumentum de eisdem valvis amovi et deposui copiis collatis ratis et per me diligenter aus-

cultatis inibi relictis. Acta sunt hec in et circa valvas ecclesie Pataviensis predicte presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris, dominis Erhardo Schewtz alias Leb vicario, Georgio Rawber, Iohanne Perger, obleiariis chori ecclesie Pataviensis, Iohanne Mâssinger et Iohanne Prenner presbyteris et clericis Pataviensis, Ratisponensis et Frisingensis diocesis testibus in premissis. Deinde vero anno indictione mense et pontificatu quibus supra die vero sabbati vicesima quinta mensis marcii *(1480 März 25)* prenotati, que fuit dies annuntiationis gloriose et intemerate virginis Marie ego Erasmus Wurer notarius publicus supra et infrascriptus nomine prefato retroscriptum appellacionis publicum instrumentum animo et intencione intimandi atque ad singulorum noticiam prescriptorum deducendi, melioribus modo et forma, quibus potui et debui valvis seu portis ecclesie metropolitane Salczburgensis publice affixi inibique sub publico officio et aliis horis canonicis affixum stare permisi, itaque pariter a pretereuntibus videri et legi poterat. Finitis itaque divinis officiis ipsum appellacionis publicum instrumentum de predictis valvis deposui copiasque collationatas et debito per me auscultatas ibidem reliqui in maiorem efficaciam huiusmodi insinuacionis et publicationis, que omnia et singula publice coram testibus supra et infra annotatis protestatus fui, super quibus omnibus et singulis prelibatus dominus Valentinus decanus tam pro se, quam etiam nomine prefato sibi a me notario publico infrascripto unum vel plura publicum seu publica fieri et confici peciit instrumentum et instrumenta. Acta sunt hec in et circa valvas ecclesie metropolitanae Salczburgensis sub anno indictione diebus mense, pontificatu et locis, quibus supra presentibus ibidem venerabilibus, egregiis ac honorabilibus viris, dominis Burckhardo arcium et medicine doctoris necnon reverendissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bernardi sancte Salczburgensis ecclesie archiepiscopi et apostolice sedis legati phisico, Iohanne Hâsel, in decretis licenciato, Iohanne Swartz, Iohanne Reicher, capellano capelle domini Pilgrimi in ecclesia prefata situate, Matheo Vetzinger, canonico ecclesie beate Marie virginis in Nidernburg[1] Pataviensis civitatis, et Heinrico Phaffenhofer, notariis publicis, testibus Salcz-

---

1934. [1] Das dortige Nonnenkloster wurde 738 Nov. 1 als Stiftung eines gewissen Kotofried und dessen Gattin Kepahilt von Bischof Vivilo eingeweiht (Schrödl, Passavia sacra, S. 46).

burgensis et Pataviensis diocesis, testibus ad premissa vocatis, rogatis ot specialiter requisitis.

Et ego Erasmus Wuerêr, clericus Salczburgensis diocesis, publicus sacra imperiali auctoritate notarius ac decanatus ecclesie Pataviensis scriba iuratus, quia retroscripte appellacionis intimacionis insinuacionis publicacionis affixioni et protestacioni omnibusque aliis et singulis premissis, dum sic ut premittitur fierent et agerentur unacum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi ac feci et peregi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci subscripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

1935. **1480 Mai 2, Rom.**

Kaiser Friedrich III. fordert von Abt Lorenz zu Göttweig die Entrichtung des schuldigen Vogthafers.

Copie in Cod. F f. 115.

Kanzleivermerk: *Commissio domini imperatoris propria.* — Da der Philipps- und Jakobstag auf einen Montag fällt, so ist anzunehmen, dass der Dienstag nach diesem Feste gemeint ist, da der Dienstag vor demselben als der Marcustag bezeichnet sein würde.

Fridreich von gots gnaden Romischer kaiser etc. Ersamer geistlicher, lieber andechtiger! Wir emphelhen dir ernstlich und wellen, das du uns den vogthabern, was du uns des schuldig bist oder alsviel du des gehaben magst, an vertziehen herschickest. Daran etc. Geben zu Wienn an erichtag [nach][a] sannd Philipps und sannd Jacobstag der heiligen XII potten anno domini LXXX., unsers kaisertumbs im XXVIIII. jare.

1936. **1480 Mai 8, Göttweig.**

Abt Lorenz zu Göttweig schenkt dem Prior und Convente der Carmeliter in Wien den dem Stifte gehörigen Platz zu

1935. [a] Aus Versehen ausgelassen.

Gösing, auf welchem die Kapelle der Heiligen Johannes Baptista und Evangelista steht, gleich seinen Vorfahren, welche ihn zur Erbauung der Kapelle geschenkt hatten, unter Vorbehalt eines Jahreszinses mit der Bedingung, dass auf demselben ein Carmeliterkloster neu erbaut werde.

Siegler: Abt Lorenz *mit dem rückwärts aufgedrückten Secretsiegel.*

Datum et actum in prefato nostro monasterio Gottwicennsi octava die mensis maii (1480).

Copie in Cod. F f. 84. Lat.

Bl. f. Landesk. v. N.-Oe. IX, 311.

1937. **1480 Mai 24, Wien.**

Kaiser Fridreich [III.] fordert [Abt Lorenz von Göttweig], von welchem er durch einen früheren Brief schon die Lieferung des schuldigen Vogthafers vergebens verlangt hat, auf, denselben oder wenigstens seinen verfügbaren Vorrath an Hafer ohne Verzug nach Wien einzuliefern, widrigenfalls er sich schadlos halten müsste.

Datum: Geben zu Wienn an mitichen in den heiligen phingstfeirtagen (1480), unnsers kaisertumbs im XXVIIII. jar.

Copie in Cod. F f. 115. Deutsch.

Kanzleivermerk: *Commissio domini imperatoris propria.* — Vgl. nr. 1935.

1938. **1480 Juni 14, Rom.**

Das Capitel der Canoniker an der Laterankirche zu Rom incorporiert auf Bitten des Carmeliters Frater Mathias Farinatoris, Lector der Theologie, nach der Vorlegung der Resignationsurkunde des Erhard Töpplar, des Stifters und Caplans an der Kapelle zum heil. Johannes Baptista und Evangelista in Gosing, ausgestellt vom Notare Johann Vórster seitens des Carmeliterordens-Generalpriors Christoforus Martignoni, durch welche derselbe die Kapelle zur Gründung eines neuen Carmeliterklosters dem Orden schenkt, sowie der Zustimmungsurkunde des Abtes Lorenz von Göttweig dieselbe dem dort zu erbauenden Carmeliterkloster. Es bewilligt ferner den Bau desselben, gestattet die Er-

richtung eines Friedhofes, der Altäre, den Bau eines Thurmes, die Einrichtung desselben mit Glocken, die Errichtung eines Taufbrunnens und nimmt die Kirche sammt dem Kloster in den Schutz der Laterankirche, wogegen dieselben als Zeichen der Abhängigkeit jährlich 1 ℔. verarbeitetes Wachs (cere laborate) *und alle 18 Jahre 2 Ducaten an die Capitelkämmerer im Lateran zu zinsen haben. Ferner verleiht es der Kirche, bevollmächtigt durch den Generalvicar an der Laterankirche, Bischof Johann von Alatri, Archipresbyter des Cardinals Julian von St. Peter* ad vincula, *des Grosspönitentiars der Römischen Kirche, einen Ablass von 10 Jahren und 10 Quadragenen für jene Besucher, welche daselbst beichten und eine milde Gabe darbringen, welcher an jedem Feste und in der Quadragesima verdoppelt, am Tage des heil. Johannes Baptista und Evangelista, an jedem Apostel- und Evangelistenfeste, sowie an den Marienfesten, zu Weihnachten und zu Ostern vervierfacht wird.*

Siegler: das Capitel.

Datum Laterani (1480) die XIIII mensis iunii, pontificatus etc. Sixti etc. pape quarti anno nono.

Orig., Perg. Lat. Siegel abgefallen.

Rechts unter dem Texte die Unterschriften: *Franciscus Thebaldis, canonicus et camerarius Lateranensis, subscripsi, Apollonius de Valentinis, canonicus et camerarius Lateranensis, subscripsi.* — Vgl. nr. 1514, 1895, 1936.

1939. **1480 Juni 30, Göttweig.**

Steffan Awnpacher, Hauptmann zum Gottweig, Mertt Pruckhner, Hofrichter daselbst, Paul Hofstetter, Richter zu Herczogenburg, Hanns Heüner und Niklas Chramer, beide Rathsherren, und Hanns Pognêr, Bürger zu Herczogenburg, fällen als beiderseits erwählte Spruchleute in einem Streite zwischen Abt Lorenntz und dem Stifte zum Gottweig einerseits und dem erberen Andre Heller zu Herzogenburg anderseits über die Grundstücke, welche Hanns Winkler, Profess zum Gottweig, seinem Stifte übergeben hat, folgenden Schiedspruch: es sind alle Forderungen des Andre Heller, welcher die Vormundschaft über Hanns Winkler sammt seinem Geschwister führte, erloschen, wogegen er die Früchte von den Grundstücken dieses Jahr zu ernten berechtigt ist. Er hat jedoch die Zinse davon zu be-

gleichen und nach der Ernte die Gründe baulich zu legen, so dem Stifte zu übergeben und behilflich zu sein, dass es in den Grundbüchern angeschrieben werde. Will das Stift eines der Grundstücke verkaufen, so hat es ihm dasselbe zuerst anzufeilen. Die dawiderhandelnde Partei verfällt einer Busse von 32 ungarischen Gulden und der anderen Partei mit ihren Rechten. Und sein das die grůntt: item ain tagwerch wismad zu Rattlperg diennt dem brobst zu Herczogenburg VI ₰.; item ain drittail weingartten zu Reicherstorff dient dem Strein VIIȷ ₰.; item ain viertail weingartten am Kelbling und ȷ ieuch akher daselbs dienen baide gen Sannd Andre VI ₰.; item ain ieuch akher in Wallperstorfferveld diennt in des Wolfganng Freilich guet VI ₰.; item ain ieuch ackher in Twirchen dient dem brobst zu Herzogenburg X ₰.; item fůnf jewch ackher in Herczogburgervelld dient iedes in der Herczogburger gericht VIIII ₰.; item ain wisen bey des Eberlein můl dient dem Strein in das ambt gen Reicherstorff VIII ₰.; item ain wisen zu Wogram ligt an des Hochstetter gartten andertthalb tagwerch dient dem von Freising gen Hollenburg V ß. ₰.; item ain viertail weingartten haisst das Leittl zu Wogram, dient ain virdung wachs unser frawen gen Hollenburg und in des Strobl gůtt zu Wogram IIII phening.

Siegler: Steffan Awnpacher und Paul Hofstetter *mit ihren aufgedrückten Siegeln.*

Datum: Geschehen zům Gottweig an freitag nach Petri et Pauli apostolorum (1480).

Copie in Cod. F f. 94'f. Deutsch.

Ein Vermerk des Notars Gregor bestätigt den Gleichlaut der Copie mit dem Originale.

1940. **1480 Juli 8, Wien.**

Kaiser Friedrich [III.] fordert Abt Lorenz von Göttweig auf, ihm den von früher schuldigen Vogthafer nach Wienn zu liefern, da er dessen zur Fütterung seiner Pferde bedürfe.

Datum: Geben zu Wienn an sambstag nach sannd Vlrichstag (1480), unsers kaisertumbs im XXVIIII. jare.

Copie in Cod. F f. 115. Deutsch.

Kanzleivermerk: *Commissio domini imperatoris propria.*

1941. **1480, Juli 17, Wien.**

Kaiser Friedrich III. fordert die Umwohner des Schlosses Wald im Umkreise von zwei Meilen auf, bei der Abtragung desselben seinem Pfleger Sigmund Teliczer Robott zu leisten.

Copie in Cod. F f. 114.

Kanzleivermerk: *Commissio domini imperatoris propria.*

Wir Fridreich etc. embietten allen und ieglichen unnsern und anndern lewtten umb unser gesloss Walld ynner zwain meil wegs gesessen und wonhafften, den der brief geczaigt oder verkundt wirdet, unser gnad und alles gut. Wir haben unserm getrewen Sigmůnd Teliczer, unserm phleger zu Wald, bevolhen das allt gesloss daselbs zu Wald abzetragen und ew darzu in robat zu geprauchen und zu ervordern, emphelhen wir ew ernstlich und wellen, wann ir von demselben Teliczer darumb angelangt werdet, das ir ew dann mit wågen hawen schawfeln und annderm zewg daselbshin gen Wald fůget und helffet dasselb allt gesloss abzetragen und ew darinn nichts sawmen noch irren lasset. Welh aber des nicht tůn und sich des seczen wurden, die haben wir bevolhen darumb ze phenndten. Davon etc. Geben zu Wienn an montag sannd Alexientag anno domini etc. LXXX, unsers kaisertumbs im newn und zwaintzigisten jare.

Darunter ist vermerkt: Presentata est feria 3. ante Bartholomei LXXX *(1480 August 22).*

1942. **1480 August 2.**

Mert Vorhenpawr zu Phêffing, Bolfgang Vorhenpawr, Steffel Såndel als Vertreter seiner Schwester Kristina, Janns Vörhenpawr als Vertreter der Kinder seiner Schwester Kristina, Simann und Barbara und Swartzer Janns zu Albrechtsperg als Vertreter seiner noch nicht vogtbaren Kinder Siman und Barbara verkaufen mit Willen und Wissen der benannten Erben Steffann dem Hêllmesser zu Maur ihren Hof zu Phêffing, welcher dem Stifte zu Göttweych zinsbar ist.

Siegler: Abt Larentz zu Gottweich, *ihr Herr.*

Datum: geben (1480) an sand Steffans abent des heiligen martrer.

Orig., Perg. Deutsch. Siegel an Perg.-Streifen zerbrochen.

Betreffs der Auflösung des Datums vgl. Grotefend, Zeitrechnung I, 182.

1943. **1480 August 13, Wien.**

Kaiser Friedrich III. fordert die Stände auf, mit ihren Reisigen zu Ross und Fuss sammt aller feldmässigen Ausrüstung zu Georg von Pottendorf zu stossen.

Copie in Cod. F f. 117'f.

Kanzleivermerk: *Commissio domini imperatoris in consilio.*

Wir Fridreich etc. embieten . . allen und ieglichen unsern prelåtten den vom adl stetten und merckhten auch unsern und annder lewtten und hollden in dem viertail ob des Wiennerwalds gesessen und wonhafften, wes lewt oder hollden die sein, den der brieve gezaigt oder verkundet wirdet, unnser gnad und alles gut. Als die veindt ain fůrnemen gehabt haben durch den Wiennerwald ze ziehen und lannd und lewt daselbs zu huldigen und zu beschedigen, dem aber furzekomen haben wir unsern getrewen Jorgen von Pottenndorff,[1] obristen schennckhen in Osterreich, geordennt und bevolhen sich wider die veindt zu velld zu slahen und den veindten das raisen zu weren und widerstannd zu tůn, das er dann also tan, sich gen Walterstorff in velld geslagen und uns zuempoten hat, das noch wenig volckh vom lannd ausserhalb unnser diennstlewt zu in chômen und in fůrsorg sey, wo im die unsern nicht furderlich zuziehen, er mocht aus dem velld gedrungen werden, das uns schimphlich wêre und gen den veindten ain merklichen nachtail prêcht. Davon so bevelhen wir ew ernstlich und wellen, das ir unnser prelåtten, die von stetten mêrckten und auf dem lannd gesessen die ewren zu rossen und zu fuessen, auf das maist und sterckist ir mûgt, mit harnasch wêr wegen und in annder weg, als in velld gehort, zugericht

1943. [1] Chmel, Mon. Habsb. 1, III, 422 nr. 100, u. Chmel, Reg. Friderici, S. 699 nr. 7394.

an alles verczieben zu demselben von Pottendorff in velld schicket und ir die vom adl ew mit ewren dienern und lewten auch, auf das maisst und sterkhist ir müḡt, zu rossen und zu fussen mit harnasch wer wêgen und in annder weg, als in velld gehort, zugericht zu dem benanten von Pottendorff in veld fuget und hellfet den veindten widerstannd ze tůn und das raisen und beschedigung des lannds ze weren und ew darinn nichts sawmen noch irren lasset noch beÿ verliesung ewer lehen und freihait annders tůt, nachdem ir und annder unser lanndlewt uns auf den nagstgehallden lanndtag hie zugesagt habt uns ain anczall volckh wider die veindt zu hallden und darzu, so wir ew aufervordern aufzusein und gen veld zu ziehen, solhem ewrem zusagen ir dann pillich nachkomet. So wellen wir etc. Geben zu Wienn an suntag vor unnser lieben frawentag assumptionis anno domini etc. LXXX, unnsers kaisertumbs im newnundzwaintzigisten jar.

1944. **1480 August 23, Markersdorf.**

Konrad Dachsner zu Merkersdorf sendet Abt Lorenz zu Göttweig den Absagebrief.

Copie in Cod. F f. 114.

Vgl. nr. 1945.

Ich Chunrat Dachssner zu Merckersdorff lass den erwirdigen und geistlichen herren namen[a] den abbt zum Gottweig wissen von meiner knaben wegen, den die ewren abgetzogen meine regisster genomen und zurissen, auch gellt genomen und mein huntt erslagen haben, darumb ich ew menigermal geschriben und uber sew geklagt hab, aber mir hat kainerlai auszrichtung von ew nie gedeichen, noch darumb bechomen kůnnen. Darumb so will ich ewr und aller der ewren abgesagter veint sein mitsambt den gůtten lewtten, so ich auf ewren schaden aufbringen mag und mit namen hernach geschriben steen bei tag und nacht, bie ich des bechomen mag. Und ob ich und die gutten lewt ainicherlai pebarung mer gegen ew und den ewren bedurffund wâren, so wellen wir das

---

1944. [a] Cod.

alles hie mit disem meinem brieff getan und unnser er und gelimphen pebart haben. Datum Markersdorff under meinem Chunraden Dachssner furgedruckten petschad an mitichen sannd Bêrtlmes abend anno domini etc. LXXX.

Wolfganng Dachssner, Vlrich Kewschacher von Kewschach, Ernnst Stockharner von Stockarnn, Steffan Puchspåm, Hanns Niempschi, Hanns Slesinger von Klenicz, Habolle vom Radolcz, Jorg Schieffer von Pôlan, Kolman Wurmpach, Peter Reindl, Procob von Ferbowetz, Jorg Kettner, Jorg Polåckh, Lionnhart Winter, Caspar Rômdl, Hanns Rasstenfellder, Hanns Kegkh, Wolfl Strewssl, Anndel Zierstorffer, Wolfganng Tiem, Jorsigkh vom Holtz, Wolfgang Wurtzpach, Peter Trummetter, Kolbl Schewbelweber, Hanns von Drigla, Jåne Tåmisch, Vincencz Frantzinger, Klain Anndel, Christoff Rumppf, Wolfganng Ernnst, Steffan Taniel, Martzin Swartz von der Stain, Hanns Tewffl, Jorsickh Slanneho, Paul von Drosendorff, Bernschii Wolschi Zetterschiczii, Jorg Hermlweis, Steffl Vetter, Kolbl Speibenkås, Hanns Schiech, Rüeplein, Bernhart Allter, Zirfüesz Wÿmmer, Hanns Lauffpald, Toman Mulperger, Cristoff Smidl, Steffl Reissenzawn, Jorg vom Deschen, Steffan Prenner.

Uebergeschrieben ist der Vermerk: Absag des Dachssner hergeantburt an sand Bertlmestag anno etc. LXXX *(1480 Aug. 24).*

Hiezu ist vermerkt: Item sy haben desselben tags die benannt absag in ain schranncken zu Chottas gesteckht und zu stund umb XII mit LIIII phêrden dieselben lewt angegriffen und alles genomen, was gefunden haben, die kirchen aufprochen, V pawren gefanngen, zum Leopolcz ains und zu Purck V hewser abgeprennt und all lewt daselbsumb in die vogtei Tiernstain gehorund zwischen hie und suntags *(27. Aug.)* in die huldigung ervordert. Solhs hat mein herr dem von Eckhertzaw zu wissen tan und an die anndern der kaiserlichen m. rêtt ze bringen.

1945. **1480 August 24, Göttweig.**

Abt Lorenz zum Gottweig schreibt dem edlen Herrn Jorg von Eckherczaw, dass ihm der Dachssner, trotzdem er demselben früher wegen seiner Forderungen die gerichtliche Austragung vor ihm und anderen geistlichen Räthen angetragen und denselben

Antrag auch wegen des ihm später zu Napersdorf, Münichofen und anderen Orten unentsagt *zugefügten Schadens gemacht hatte, laut mitfolgender Abschrift die Absage geschickt habe. Diese treffe ihn sehr schwer, da weder er noch die Seinigen gesichert seien und dennoch vor Walterstorff*[1] *ziehen sollen. Er ersucht ihn darum um seine Verwendung beim Kaiser, damit dessen Absage zurückgenommen werde, wogegen er sich zur gerichtlichen Austragung verpflichtet.*

Datum Gottbeig die Bartholomei (1480).

Copie in Cod. F f. 114'. Deutsch.

Vgl. nr. 1944.

1946. **1480 September 16, Melk.**

Abt Lorenz von Göttweig hält bei der Abtwahl zu Melk am Hochaltare das heil. Geistamt, fungiert bei der Wahl als Compromissär und verkündet die Wahl.

Orig. im Arch. d. Stiftes Melk, Perg. Lat.

Hueber, Austria, S. 144.

1947. **1480 September 19, Passau.**

Das Domcapitel von Passau appelliert zum drittenmale gegen die Ernennung des Cardinals Georg von Häseler zum Bischofe von Passau an die römische Curie.

Copie in Cod. F f. 106 f.

In nomine domini; amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo, indictione tredecima, die vero Martis decima nona mensis septembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Sixti, divina providencia pape quarti, anno decimo venerabiles patres domini Wilhelmus de Ahaim prepositus, Valentinus Pernpeckh decanus totumque capitulum ecclesie Pataviensis tunc capitulariter congregati ac capitulum facientes et representantes in nostrum notariorum publicorum testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter voca-

---

1945. [1] Vgl. nr. 1943.

torum et rogatorum presencia prefatus dominus Valentinus decanus tam pro se quam etiam tocius venerabilis capituli ecclesie iam dicte animo et intencione provocandi et appellandi quandam appellacionis papiri cedulam, quam tunc in suis tenebat manibus, in medium exhibuit atque interposuit ac de verbo ad verbum perlegit provocavit quoque et appellavit apostolos aut saltem litteras testimoniales peciit ac alias et alia duxit et fecit, quemadmodum in eadem appellacionis papiri cedula inferius de verbo ad verbum inserta lacius continentur et habentur, cuius tenor sequitur et est talis: ea, que de facto fiunt male, sua ruunt, etiamsi aliquando ex suggestione circumvento summo pontifice a sede apostolica emanant, cum summus pontifex, que facta sunt, ignorare possit. Et ideo ex importuna petencium instancia aliquando errare aut concedere in preiudicium et derogacionem rite et legittime ultro citroque bona fide pactorum et conventorum, ymmo verius violacionem cathedralium ecclesiarum et earundem iurium ac privilegiorum legittime prescriptorum parte non vocata neque audita in inclita natione Germanica existentium confusionem ac sancte matris ecclesie scandalum non mediocre. Huic nos Wilhelmus prepositus, Valentinus decanus ac capitulum ecclesie Pataviensis gravi cum querela animo et intencione appellandi provocandi seu verius supplicandi citra tamen quarumcumque aliarum appellacionum in hac causa per nos aut pro parte nostra interpositarum derogacionem coram vobis notariis publicis dicimus et proponimus, quod licet nuper videlicet die Veneris,[1] decima mensis marcii *(1480 März 10)* anni currentis octuagesimi et termino competenti a quadam pretensa provisione electione et confirmatione per sanctissimum dominum nostrum, dominum Sixtum divina providencia papam quartum reverendissimo in Christo patri et domino, domino Georgio de Heseler,[2] titulo sancte Lucie in Silice presbytero cardinali, de Pataviensi ecclesia nuper vacante contra nostram canonicam eleccionem de reverendo patre do-

1947. [1] nr. 1932. Hansiz (Germ. sacra I, 576) kennt die Appellation von 1480 März 10 nicht, führt aber eine solche unter dem 24. Mai 1480 an. Somit wäre vorliegende nr. bereits die dritte Appellation. — [2] Wurde 1477 Dec. 10 auf Betreiben Kaisers Friedrich III., dessen Secretär und Gesandter er war, von Papst Sixtus IV. unter dem Widerspruche fast des ganzen Cardinalcollegiums mit dem Cardinalshute ausgezeichnet (Arch. f. K. österr. Gesch.-Quellen VI, 413, u. Hansiz, Germ. sacra I, 575).

mino Frederico Maurkircher, utriusque iuris doctore, canonico et capitulari prefate ecclesie nostri[a] Pataviensis necnon illustrissimi principis et domini, domini Georgii, comitis palatini Rheni, inferioris superiorisque Bauarie ducis etc. cancellario, facta ad prefatum sanctissimum dominum nostrum papam certis modis appellaverimus ac in eadem appellacione nostra causas et raciones obreptionis surreptionis nullitatis iniquitatis et iniusticie salva semper superiorum reverentia ipsorum provisionis eleccionis et confirmacionis de ipso reverendissimo domino cardinali factis necnon exorbitanciam contra iuris canonici et civilis disposicionem ac sanctorum patrum ordinacionem necnon gravamina quam maxima non solum nobis et ecclesie Pataviensis, sed etiam toti nationi Germanice quomodolibet inde provenientia sufficienter expresserimus et allegaverimus, que iura in et circa illam facere disponunt ac appellacionis natura exigit et requirit, quam hic etiam pro sufficienter expressa habere volumus et per huiusmodi nostram appellacionem effectum et vim quarundam pretensarum tam provisionis quam censurarum desuper emanatarum exorbitancium bullarum ad instanciam et ut verisimiliter presumitur inordinatum favorem prefati domini cardinalis quomodolibet in hac causa decretarum et concessarum suspenderimus. Nihilominus tamen, ut veridica relacione didicimus et ex scriptis prefati domini cardinalis deprehendimus, ipsum dominum cardinalem vigore pretensarum exorbitancium bullarum suarum se episcopum Pataviensem in ecclesiis et monasteriis opidi Wiennensis audeat mandet et faciat frivole denuntiari et proclamari etiam de nonnullis actibus iudicialibus et iurisdiccione ecclesie nostre Pataviensis necnon officio pontificali et exercitio eiusdem se temere et de facto intromittat, nos et ecclesiam nostram Pataviensem contra deum et iusticiam causa non cognita possessione nostra iuribus et privilegiis nostris et ecclesie nostre iam longo tempore prescriptis spoliare et destituere iure suo pretenso et causa appellacionis nostre adhuc in discussione pendentis re integra et in tractatibus amicabilibus adhuc stante ẏmmo, quod peius est, quemadmodum ad nostram noticiam certis assertionibus prolatum est, cardinalis pretendit et molitur vigore quarundam litterarum monitorialium, penalium et certarum pretensarum censurarum, quarum tamen

---

1947. [a] Statt *nostre*.

effectus per nostram appellacionem iamdudum interpositam suspensus est, nos requirere et quantum per eum stat, nos et ecclesiam Pataviensem, eius statum et condicionem, cultum divinum et regimen eiusdem, subditos tam spirituales quam seculares in eorum conscienciis perturbare et confundere, vexaciones iniquas et sancte sedi apostolice, ÿmmo christiane religioni scandalosas et adverssas mittere in anime sue periculum, ecclesie Pataviensis et tocius nationis Germanice et privilegiorum eiusdem preiudicium et derogacionem ac sancte matris ecclesie et fidei katolice disturbacionem non mediocrem. Sencientes igitur nos et ecclesiam nostram Pataviensem non mediocriter gravatos ac in posterum magis gravari posse, idcirco tam pro nobis ac ecclesia nostra Pataviensi, quam etiam omnibus aliis et singulis subditis ordinis aut conditionis existant ab huiusmodi ut premittitur prefati domini cardinalis et iniquis iniustis conatibus et gravaminibus iam illatis, quam inposterum forsan per requisicionem huiusmodi pretensarum bullarum penalium nobis aut illis quomodolibet inferendis ad sanctissimum dominum nostrum, dominum Sixtum, divina providencia papam quartum, eiusque sanctam sedem apostolicam tamquam male informatum et in facto errasse, melius et de veritate facti informandum appellamus provocamus et supplicamus appellacionesque primo secundo tertio instanter instancius et instantissime, si quis sit, qui nobis illos dare possit, saltem a vobis notariis publicis litteras testimoniales nobis dari petimus submittentes nos, ecclesiam Pataviensem, subditos et diocesanos, quo supra ac nobis adherentes seu adherere volentes, tuitioni et protectioni sanctissimi domini nostri pape ac sancte sedis apostolice prescriptis protestantes de persecutione huiusmodi appellacionis nostre, quomodo ubi et quando secundum iuris disposicionem necessarium fuerit et oportunum etc., salvo iure addendi corrigendi minuendi mutandi ac aliam et alias appellaciones interponendi etc., prout moris est atque stili. Super quibus omnibus et singulis supradictus dominus Valentinus decanus pro se ac nomine predicti venerabilis capituli sibi a nobis notariis publicis infrascriptis unum vel plura publicum seu publica fieri et confici peciit instrumentum et instrumenta. Acta sunt hec in stuba capitulari sub anno indictione die mense hora et pontificatu quibus supra presentibus ibidem venerabili ac honorabilibus et providis viris, dominis: Iohanne Kůmmost, utriusque iuris licenciato, curie Pa-

taviensis predicte cancellario, magistris: Hainrico de Wending, vicario chori, Leonardo Sattlöder, sancte Elisabete, Caspare Kirchpeckh dominorum, et Andree Windel, sancti Sixti cappellarum in ambitu sepedicte ecclesie Pataviensis sitarum capellanis, presbyteris et clericis Pataviensis diocesis, testibus ad premissa vocatis, rogatis et specialiter requisitis.

Et ego Conradus Kern, clericus Pataviensis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, quia dicte appellacionis interposicioni apostolorum peticioni et protestacioni omnibusque aliis et singulis, dum sic ut premittitur fierent et agerentur, unacum notario publico et testibus supra et infrascriptis presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc presens publicum instrumentum per alium me aliis prepedito negociis fideliter scriptum exinde confeci subscripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus pariter et requisitus.

Et ego Erasmus Wůerer, clericus Salczburgensis diocesis, publicus sacra imperiali auctoritate notarius ac decanatus ecclesie Pataviensis scriba iuratus, quia suprainserte appellacionis interposicioni lectioni apostolorum peticioni et protestacioni omnibusque aliis et singulis premissis, dum sicut premittitur sicut et agerentur, unacum honorabili viro domino connotario meo et testibus supranominatis presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc presens publicum instrumentum per alium me tunc aliis legittime prepedito negociis fideliter scriptum exinde confeci subscripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

1948. **1480 September 20, Passau.**

Propst Wilhelm, Dechant Valentin und das Domcapitel von Passau benachrichtigen Abt Lorenz von Göttweig, dass der Cardinalpriester Georg Hăsler, obwohl sie nach dem Tode des Bischofes Ulrich auf Grund des Jus commune, der Compactaten der deutschen Nation und des Gewohnheitsrechtes einen neuen Bischof gewählt und die Wahl der römischen Curie durch Abgesandte angezeigt haben, eine Urkunde betreffs der Verleihung

des Bisthumes Passau an ihn erlangt haben soll und die Verwaltung der Diöcese in einzelnen Theilen derselben zu deren nicht geringem Schaden übernehme. Da sie nun glauben, dass diese Urkunde surrepticie *erlangt und der Papst durch falsche Vorspiegelungen getäuscht worden sei, haben sie, um das Recht ihrer Kirche zu wahren, gegen diese Verleihung an den Papst appelliert. Da sie aber die Hervorrufung eines Schisma in der Passauer Kirche durch den Cardinal fürchten, so ermahnen sie ihn, er möge sich nicht von der Obedienz ihrer Kirche lossagen, sondern die Einheit nach Kräften zu bewahren streben.*

Datum Patavie die vigesima mensis septembris (1480).

Copie in Cod. F f. 111. Lat.

1949. **1480 September 25, Wien.**

Die Meisterin Barbara Hÿerssin und der Convent des Augustiner-Nonnenklosters Sand Maria Magdalen vor dem Schottenthore zu Wien nehmen Abt Lorenz, Prior Michael und den Mönchs- und Nonnenconvent zum Göttweig auf deren Bitte in ihre Gebetsverbrüderung auf und verpflichten sich, für einen verstorbenen Mönch oder eine Nonne derselben nach dem Brauche ihres Klosters Gebete zu verrichten und deren Namen in ihr Todtenbuch einzutragen.

Siegler: (I.) die Meisterin Barbara und (II.) der Convent von Sand Maria Magdalen.

Datum: Geben in dem vorbenanten ůnserm goczhaws Sand Maria Magdalen (1480) am montag vor sant Michaelistag.

Orig. Perg. Deutsch. An Perg.-Streifen 2 Siegel.

I. beschädigt, spitzoval, grün auf Sch., II B. U.: sigillvm · soror . . . . te · marie · magdalene. Die heil. Maria Magdalena, darunter eine betende, linksgewendete Nonne. — II. spitzoval (57 : 33), grün auf Sch., II B. Abb. in d. Mitth. d. Centralcommission IV, 154 nr. 18.

1950. **1480 September 28.**

Abt Andreas, Prior Benedict und der Convent des Benedictinerstiftes zum heil. Nicolaus in monte sancto Andezz *nehmen Abt Lorenz, den Prior Michael, die Priorin Cecilia und den*

Mönchs- und Nonnenconvent in Göttweig auf deren Wunsch mit der Verpflichtung zur Gegenseitigkeit in ihre Gebetsverbrüderung auf und verpflichten sich, für einen verstorbenen Professen derselben nach der Sitte ihres Stiftes die Exequien mit Vigilien und Messen zu feiern, während die einzelnen Priester je eine Messe zu lesen, die Cleriker das ganze Todtenofficium und die Conversen und Oblaten 100 Paternoster und Ave Maria zu beten haben, und deren Namen zur jährlichen Commemoration in ihr Todtenbuch einzutragen.

Siegler: (I.) Abt Andreas und (II.) der Convent in Andechs.

Datum et roboratum etc. in profesto sancti Michaelis archangeli (1480).

Orig., Perg. feuchtfleckig. Lat. An Perg.-Streifen 2 Siegel.

I. spitzoval (81 : 48), roth auf Sch., III B 2 b. U.: sigillvm · andree · abbatis · monastery · sancti · nicolai montis ande. Der Abt im Ornate mit Infel, darunter der Wappenschild. Ein Adler, darüber ein Leopard. — II. rund (66), grün auf Sch., II B † IV A 2. Schild vgl. S. I, darüber der heil. Nicolaus als Bruststück.

1951. **[1480 November 9], Stein.**

Die Passauer Domherren Dechant Valentin Pernpeckh und Sigmund Forsthofer benachrichtigen den Erzbischof Johann[1] *von Gran, dass sie ihren Mitbruder Wigileus Fröschl und den Licentiat der Decretalen Johann Kunnost damit betraut haben, ihm das Ergebnis der am vergangenen Montage, d. i. am Feste des heil. Leonhard (Nov. 6) zu Stain zwischen dem Cardinal Hêseler*[2] *einerseits und dem erwählten Bischofe und dem Passauer Domcapitel anderseits geführten Verhandlungen mitzutheilen, an welchen sie als Abgeordnete des Capitels theilnahmen, und zu welchen auch Herzog Georg von Baiern seine Vertreter sandte.*

1951. [1] Johann Peckenschlager, 1465 Mai 17—1468 Juni 12 Bischof v. Varadinum, 1468—1472 Bischof v. Erlau, 1473—1482 Nov. 11 Erzbischof v. Gran, 1482 Nov. 11 — † 1489 Dec. 15 Erzbischof v. Salzburg (Gams, Series ep. 308, 367, 380 u. 385). — [2] Zu ihm begab sich Abt Lorenz v. Göttweig am 11. Nov. nach Krems, da die Rechnung v. 1480 den Posten enthält: *Item ad dominum cardinalem die s. Martini 3 ß. 16 ₰.*

Datum in opido Stain [feria quinta post Leonardi 1480].[a]

Copie in Cod. F f. 112. Lat.

1952. **1480 November 9, Stein.**

Die Passauer Domherren Dechant Valentin Pernpeckh und der Official Sigismund Vorsthouer benachrichtigen den kaiserlichen Protonotar und Doctor beider Rechte Johann Rähwein, dass sie als Abgeordnete des Passauer Domcapitels zugleich mit den Vertretern des Herzoges Georg von Baiern und des erwählten Bischofes Friedrich Mawrkircher zur Schaffung eines Ausgleiches zwischen dem letzteren und dem Domcapitel einerseits und dem Cardinal Hêseler anderseits in Stain waren und von da ihren Mitbruder Wigileus Fróschl und den Licentiat der Decretalen Johann Kunnast zu ihm senden, um ihn über ihr Verhalten bei den Verhandlungen und deren Ausgang zu unterrichten, und bitten ihn, dem Kaiser ihre Unschuld und ihre Ergebenheit zu betheuern.

Datum in Stain feria quinta post Leonardi (1480).

Copie in Cod. F f. 112. Lat.

1953. **1480 November 9, Stein.**

Der Dechant Valentin Pernpeckh und der Official Sigismund Vorsthouer, beide Passauer Domherren, benachrichtigen Thomas de Cilia, Dompropst zu Constanz, dass sie den Wigolaus Fröschl und Johann Kunnast, Licentiat der Decretalen, beauftragt haben, ihm das Resultat der Verhandlungen, welche zwischen dem Cardinal Hêseler einerseits und dem Erwählten des Domcapitels Friedrich Mawrkircher und dem Passauer Domcapitel anderseits im Beisein der Gesandten des Herzoges Georg von Baiern und des erwählten Bischofes über den erledigten Bischofsitz zu Stain gepflogen wurden, mitzutheilen und ersuchen ihn um seine Fürsprache beim Kaiser.

Datum in Stain feria quinta post Leonardi (1480).

Copie in Cod. F f. 112. Lat.

Das Dictat ist gleichlautend mit nr. 1951.

1951. [a] Ergänzt aus nr. 1952, auf welche durch *etc. ut supra* verwiesen wird.

1954. **1480 November 11, Göttweig.**

Abt Lorenz und der Convent zum Gôttweig verkaufen dem erbern Steffan Prunner, Bürger zu Spitz, und Vrsula dessen Frau um 310 ungarische Goldgulden in kleiner gangbarer weisser Wiener Münze à = 10 ß. 10 ₰. oder um 400 ₶. 3 ß. 10 ₰. den freieigenen Stiftshof zu Spitz in der Môsting niderhalb des pachs in Tiernstainer gericht *auf Wiederkauf. Falls letztere ihn jedoch veräussern wollen oder müssen, so haben sie ihn ersteren jährlich zwischen Weihnachten und Mariä Lichtmesse zum Rückkaufe anzubieten, worauf ihnen der Kaufschilling innerhalb eines Monates zu bezahlen ist. Kaufen ihn aber erstere nicht zurück, so können sie ihn um die gleiche Summe unter Wahrung des Wiederkaufsrechtes beliebig veräussern. Die Wiederkaufsfrist ist jährlich zwischen Weihnachten und Mariä Lichtmesse angesetzt.*

Siegler: Abt Lorenz und der Convent zum Gôttweig.

Datum: geben zum Gottweig (1480) an sannd Merttentag des heiligen bischoffs.

Orig., Perg. Deutsch. 2 Siegel von Perg.-Streifen abgefallen.

1955. **1480 November 11, Göttweig.**

Steffann Prúnner, Bürger zu Spÿtz, und Vrsula seine Frau stellen die Gegenurkunde aus (nr. 1954).

Siegler: Steffan Awnpacher und Cristoff Pûchler.

Datum zum Gottweig an sannd Merttentag (1480).

Copie in Cod. F f. 89. Deutsch.

1956. **1480 November 27, Passau.**

Das Domcapitel zu Passau appelliert neuerdings gegen die Ernennung des Cardinals Georg von Häseler zum Bischofe von Passau an die römische Curie.

Copie als Uebersetzung in Cod. F f. 96′ f.

Die Uebersetzung muss als eine zwar getreue, aber allzu sclavische bezeichnet werden.

In dem namen des herrn; amen. Von der geburt desselben tausent vierhundert und achczig iar der dreÿzehenden

Allerdurchlewchtigister kunig, allergnådigister herr! etc. Allergnådigister herr! Ich gib ewren k. g. tiemietigklich zw erkennen, das mein herr von Passaw auf ewr k. g. mündlich unnd brieflich bevelch auch ewr k. g. statthalter und regentn zw Wien menig geschåft anstat ewr k. g. wenig noch vil nie nach ist gegangen, sonder alles zwrugk gelegt unnd nicht vor augen gehaltn, das mir unnd meinem goczhaws nit chlain, sonder zw grossen schaden unnd nachtail raichet, ich auch bisher unnd noch durch des von Passaw unpillich sentencz chain mess gelesen, wiewol ewr k. g. zw voran bevolhen hat mich und die mein ad cautelam zw absolvieren, deshalb auch commissari gesetzt die sach zwischen seiner gnaden und mein nach notůrft zw verhern, der dann die genanntn commissari unnd ich bereit sein gewesen unnd albegen gewart, aber zw solicher verher meines hern von Passaw halb nie gedeichen hat mugen, pit darauf ewr k. g. well genadigklich fuerderbrief geben an ewr k. g. procurator zw Rom, damit ich und die mein absolviert werden. Und das der benannt mein herr von Passaw oder sein nachkomen furan mit mir oder meinem goczhaws nichts zw pieten hab, nachdem lange zeit unnd uber die gedåchtnus der menschen albeg das goczhaws exempt gewesen ist, darumb auch ewr k. g. herr unnd vater loblicher gedachtnus zw dem heiligen vater babst geschriben unnd erlanngt laut pabstlicher pull darumb ausganngn durch vil ursach, darumb

es sich nicht zimet, das die von Passaw des wirding goczhaws Gotweig ordinari sein söllen von zehentn holden unnd gult, so wir mit ainander haben, darin albegen das goczhaws grossen nachtail leit unnd kunftigklichn zw verderblichen schaden komen möcht, gerüech e. k. g. solichs genädigklich zw verstenn, will ich mit sambt mein pruedern unnd swestern zw aller zeit gegen got umb ewr k. g. mit aller undertanigkait gern verdienen.

E. k. g. tiemuetiger capellan Mathias, abbt zw Gotweig.

2180. **1498 Juli 25, Passau.**

Bischof Cristofferus von Passau ertheilt dem Magister Jodocus Jungmair, Licenciat in den Decreten, Domherr von Passau und Official in Oesterreich unter der Enns, den Auftrag, den vormaligen Abt Mathias von Göttweig, welcher nach seiner Absetzung wegen seines Ungehorsames in die Excommunication fiel, auf fünf Monate cum reincidentia *von derselben zu absolvieren, sowie auch ein etwaiges Interdict über die Kirchen dieses Stiftes oder die Suspension über Angehörige desselben aufzuheben und übersendet ihm zugleich eine Abschrift des königlichen Befehlschreibens.*

Siegler: der Urkundenaussteller mit dem grösseren Secretsiegel.

Datum Patavie die vigesima quinta mensis iulii (1498).

Copie inseriert in nr. 2181. Lat.

2181. **1498 August 14, Wien.**

Judocus Jungmeir, der Passauer Domherr und Official, lässt dem vermeintlichen Abte Mathias von Göttweig (asserto abbati) *seine Vollmacht zur Absolution von der Excommunication bekanntgeben und absolviert ihn nach dessen persönlichem Erscheinen vor ihm und dessen Erklärung, dass er bloss die Absolution* ad cautelam *von der* excommunicatio maior *erbitte, sowie nach der Ablegung des Eides, dass er sich den Anordnungen der Kirche unterwerfen wolle,* cum reincidentia *auf fünf Monate von der Excommunication, in welche er wegen seines Ungehorsames gegen die Absetzungssentenz des Weihbischofes von Passau Bernhard* episcopi Libariensis *fiel.*

Siegler: der Urkundenaussteller mit dem Officialatssiegel.

Datum et actum Vienne quarta decima die mensis augusti (1498).

Zeugen: presentibus ibidem providis viris magistro Andrea Vnuerdorbem de Budbeis, clerico Pragensis diocesis, in premissis notario publico ac consistorii nostri scriba iurato, magistro Bartholomeo Penntz de Liberaciuitate, Steffano Paldauff de Hausleẘten et Iohanne Sanntman de Nůrnberga, presbyteris et laicis Pataviensis et Bambergensis diocesium, testibus.

Orig., Pap. Lat. Siegel war auf der Rückseite in rothem Wachse aufgedrückt.

2182. **[1498 vor September 3, Göttweig.]**

Abt Mathias I. von Göttweig benachrichtigt dem Rupert Spiegl, seinen Vertreter in Rom, von dem Hergange seines Processes mit dem Bischofe von Passau bis zu seiner Appellation an die römische Curie.

Copie in Cod. 894 (rothe nr., unfoliiert).

Die chronologische Einreihung dieses Briefes ergibt sich aus der Erwähnung der Appellation des Abtes an die römische Curie, sowie aus nr. 2181.

Venerabilis domine magister! Intelleximus sane litteras vestras, quibus dominatio vestra nos certiorem reddidit de quadam praetensa citatione contra personam nostram et pro parte dominorum episcopi Pataviensis et sui suffraganei Libariensis tacita veritate et expressa falsitate extorta, quam nuper diebus Mercurii, Iovis etc. in civitatibus Wiennae, Krems et Mauttern per edictum publicum executam perspeximus, quapropter non possumus non satis admirari, quod huiusmodi citatio per edictum publicum decreta sit, cum non solum tutus, verum etiam tutissimus ad monasterium nostrum optimo cuique pateat accessus. Vellem igitur scire libentissime has equidem personas, quae super huiusmodi citationis petitione et decreto in causa huiusmodi ausi fuere iurare et deponere et an contra tales tanquam suorum saluti in hac parte immemores in processu causae de iure excipiendum veniret, perscrutamini quaeso de hiis hactenus. Caeterum de meritis causae pro ingenioli mei modulo dominationem vestram statuimus et decrevimus informandam. Inprimis scitote quaedam ad informandam praetensam sententiam

suffraganei Libariensis alias nequiter et de facto contra personam nostram latam et promulgatam in processu causae fore articulanda, qualiter dictus Libariensis nos citando ad oppidum Crems ad certos diem et horam competentem ad videndum et audiendum visitationem alias per dictum episcopum Pataviensem coeptam continuaverit. In quo quidem loco, cum nos per procuratores nostros ad hoc mandatum sufficiens habentes aliis pro tunc praepediti negotiis comparuissemus illis itaque comparentibus dictus Libariensis iudicium assertum nequiter et dolose contra nos instructum esse finitum allegabat subiungendo tamen, quod procuratores nostri summo mane iterum ad suam audientiam comparere deberent. Illis etenim summo mane denuo comparentibus intellexerunt eundem suffraganeum a loco recessisse et quandam praetensam sententiam definitivam in iure non subsistentem neque servatis terminis substantialibus de iure servandis contra nos nulliter et de facto promulgatam in valvis ecclesiae affixisse, a qua quidem sententia definitiva tanquam iniqua et frivola ad sedem metropolitanam per nos extitit appellatum. Cum autem constaret, quod idem metropolitanus foret nobis suspectissimus ex eo, quod suus esset archiepiscopus sibique amicissimus, ex tunc eandem appellationem inibi minime prosequi voluimus, sed causam huiusmodi per rescriptum apostolicum in partibus committere obtinuimus, prout dominatione vestrae clare innotescit. Quid autem coram his iudicibus delegatis actum sit, paulo clarius dominationem vestram informabo. Post dictarum literarum apostolicarum acceptationem iidem delegati decreverunt ad instantiam nostram citationem absque tamen inhibitione in spiritualibus contra nominatos. Citatione postmodum executa obtinuimus una cum nostris familiaribus beneficium absolutionis ad cautelam non obstante exceptione partis adversae in contrarium allegata. Illo sicut praemittitur obtento pars adversa obtulit secreto quandam appellationem ad sedem apostolicam, cui domini delegati ob reverentiam sedis apostolicae detulerunt. Eandem tamen pars adversa minime prosecuta fuit, quia non petiit apostolos infra terminum iuris, prout merito facere debuit, erga eandem desertavit et quomodo creditur, quod ex huiusmodi desertatione appellationis iudices praedicti iterum iudices esse incipiant, tamen pro nunc sunt inhibiti vigore illius citationis alias pro parte dictorum episcoporum per fraudem et dolum extortae, quae nemini patroci-

natur, ut de caetero in causa huiusmodi procedere nollent. Deinde etiam hoc unum inter caetera audio, quod lite pendente nequeant causam probare in curia Romana per monasterii conventum ac alios viros fide dignos quasi per adversarios quidem, prout prudenter articularetur, nos fore dilapidatores bonorum monasterii ac aliorum quippe flagitiorum perpetratores, qualiter bona monasterii alias a predecessoribus non solum impignorata redemerimus, sed etiam alia a monasterio prorsus alienata recuperaverimus. Nam si id per literas patentes dicti conventus ac aliorum virorum fide dignorum, prout a plerisque etiam optimis viris ad dubium vertitur, probare potuissemus, hasce proxime dominationi vestrae cum praesenti latore transmississemus[a] litteras. Sed hoc idem a viris etiam peritis percipimus, quod ob defectum huiusmodi probationum literae remissoriales ad partes detinerentur, an autem eiusmodi literae in prima instantia detineantur, nos latet. Quare de his omnibus et singulis praemissis, quibus dominationi vestrae superius largius explicavimus, si quae sint, quae personam nostram et ius monasterii revelare potuerunt, praesenti cum baiulo quam primum nos reddite certiores. Nihil certe est, quod pars adversa articulare posset, cuius contrarium in partibus per testes sufficientes non ostenderemus. Casu, quo dominatio vestra alium inveniret modum ommissis litteris remissorialibus, quo intentum nostrum contra adversarios instruere queamus, etiam lubens obsequi conabor. In termino vero comparitionis agite, ut dominationem vestram agnoscamus nostrum accerrimum[a] contra partem adversam fore defensorem, oramus et obsecramus et quidquid ibi actum fuerit, nobis scribere non postergite. Pecuniam, si diligentiam feceritis, a nobis semper habebitis. Reliquum est, quod vehementer admirari solemus, quod dominatio vestra nihil scribat de his pecuniis, quas dominationi vestrae transmiserimus, in quos monasterii usus exposuerit. Cum autem illas nec in istam vel aliam monasterii ulilitatem dominationem vestram exposuisse intelligimus, multo certe nos difficiliores facitis alias ad transmittendum dominationi vestrae pecunias, cum non scimus, in quem monasterii fructum locatae sint. Scribite duntaxat, quomodo et qualiter exposite sint, pecunia de caetero vobis mittenda nunquam deerit. Quodsi nobis per do-

---

2182. [a] Cod.

minationem vestram id obtinere contigerit et maximo et immortali beneficio nos devictos esse perpetuo arbitrabimur, cum nostro honori et utilitati monasterii perpetuaeque accepti dominationis vestrae beneficii memoriae hoc uno munere quam optime a dominatione vestra consultum erit. Nec nos pro tantis erga nos beneficiis ingratos aut immemores, ut plerique solent, dominatio vestra reperiet, sed potius dabimus enixe operam, ne ulla temporum caligo ita unquam ex nostro delebit animo atque simul in dies magis atque magis erga dominationem vestram observantiae cumulus augeatur, quo nos commendatissimos redderemus atque ad quaevis obsequia paratissimos. Valeatis etc.

2183. **1498 September 3, Rom.**

Papst Alexander VI. beauftragt den Abt von Melk, den Dechant und den Canonicus des Wiener Capitels Leonhard Wulfing, die Processangelegenheit zwischen dem Bischofe Christophorus von Passau und dessen Weihbischofe einerseits und dem Abte Mathias I. von Göttweig andererseits nochmals zu untersuchen.

Copie, Pap.

Diese Abschrift ist gleichzeitig mit dem Originale und von dem Notare Johann Tettenhaymer, Cleriker der Salzburger Diöcese, als authentisch erklärt.

Alexander episcopus, servus servorum dei dilectis filiis abbati monasterii Melicensis Pataviensis diocesis et decano ac Leonhardo Wůlfing, canonico ecclesie Wiennensis, salutem et apostolicam benedictionem. Humilibus suplicum votis libenter annuimus eaque favoribus prosequimur oportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Mathie, abbatis monasterii beate Marie Gotwicensis ordinis sancti Benedicti Pataviensis diocesis peticio continebat, quod olim, postquam venerabilis frater noster Cristofferus episcopus Pataviensis ad dictum monasterium causa illud visitandi accesserat et visitacione huiusmodi incepta ipsum abbatem, ut regimini et administracioni dicti monasterii in suis manibus cederet, requiri ac in certa habitacione sive camera per ipsius episcopi familiares custodiri fecerat et dilectus filius, modernus capitaneus arcis eiusdem monasterii dictum abbatem incarceratum esse intelligens ac ubi

dictus abbas esset, videre volens cum nonnullis familiaribus suis armata manu ad dictum monasterium se contulerat et strepito[a] inibi facto ac dicto abbate viso capitaneus et eius familiares predicti iurantes se in nullius lesionem aspirasse a dicto episcopo pro premissis veniam petierant ipseque episcopus eos ab excommunicacionis sentencia, si quam premissorum occasione incurrerant, per suas litteras ordinaria auctoritate absolverat. Venerabilis frater noster Bernhardus episcopus Libariensis, eiusdem Cristofferi episcopi in spiritualibus vicarius suffraganeus nuncupatus, asserens se ad id ad ipso Cristoffero episcopo specialem habere potestatem illius vigore dictum abbatem et coram eo in certo opido ad videndum terminari visitacionem per eundem Cristofferum episcopum, ut prefertur, ceptam infra certum tunc expressum terminum compareret, presentia carissimi in Christo filii nostri Maximiliani Romanorum regis illustris, que iuxta concordiam inter Cristofferum episcopum et abbatem predictos super hoc inita expectanda erat, minime expectata citari fecit et deinde eodem abbate, cui in dicto opido locus tutus non erat, infra eundem terminum coram eo non comparente in negocio huiusmodi perperam et de facto procedens iuris ordine minime servato [sententiam][b] diffinitivam ut dicebatur, per quam ipsum abbatem dictum monasterium in spiritualibus et temporalibus male gubernasse illiusque bona dilapidasse et alia varia, excessus et crimina perpetrasse inter alia declaravit eumque regimine et administratione eiusdem monasterii privari et carceribus mancipandum esse decrevit et ut a regimine et administracione monasterii huiusmodi infra triduum cessaret, sub excommunicacionis sentencie pena, quam contra faciendo eo ipso incurreret, inter alia monuit et mandavit eidem et dilectos filios virorum et dilectas in Christo filias monialium conventus eiusdem monasterii, in quo virorum et monialium huiusmodi diversi conventus fore noscuntur, necnon subditos et vasallos ipsius monasterii a dicti abbatis obediencia absolvit, sentenciam promulgavit iniquam et deinde pro parte dicti abbatis nobis fuit humiliter suplicatum, ut eum et capitaneum ac eiusdem capitanei familiares predictos, quos dictus Bernhardus episcopus excommunicatos dicitur nunciasse, et eorum singulos ab excommunicacionis huiusmodi et quibusvis

---

2183. [a] Cod. — [b] Nach dem Sinne ergänzt.

aliis ecclesiasticis sentenciis censuris et penis in eos et eorum quemlibet etiam alias premissorum occasione quomodolibet forsan promulgatis ad cautelam absolvi mandare necnon nullitatis et invalliditatis[a] processus et sentencia huiusmodi ipsiusque sentencie publicacionis ac dicte mutiacionis et aliorum omnium et singulorum per Cristofferum et Bernhardum episcopos ac quoscumque alios iudices et personas in eiusdem abbatis preiudicium circa premissa gestorum tociusque principalis negocii necnon omnes et singulos, quos dictus abbas contra eosdem episcopos et quoscumque alios eis in hac parte adherentes super damnis et iacturis sibi super hoc illatis et alias premissorum occasione coniunctim vel divisim monere intendit, causas aliquibus probis viris in partibus illis committere et alias in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi suplicacionibus inclinati discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum vocatis episcopis predictis et aliis, qui fuerint evocandi, abbati capitaneo ipsiusque capitanei familiaribus prefatis et eorum singulis, si id humiliter pecierint, recepta tamen prius ab eis caucione idonea super eo, quo excommunicati et aliis sentenciis censuris et penis predictis irretiti forsan habentur, quod si vobis constiterit excommunicacionis et alias sentencias censuras et penas predictas in eos fuisse iuste latas, nostris et ecclesie mandatis parebunt, ab excommunicacionis et aliis sentenciis censuris et penis huiusmodi absolucionis beneficium ad cautelam, si et prout iustum fuerit auctoritate nostra ac vice dumtaxat impendatis super aliis vero auditis hincinde propositis eciam de negocio principali huiusmodi cognoscentes legittime quod iustum fuerit appellacione remota decernatis facientes, quod decreveritis ab eisdem episcopis auctoritate nostra ab aliis vero per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Non obstantibus felicis recordacionis Bonifacii pape octavi, predecessoris nostri, qua inter alia cavetur, ne quis extra suam civitatem et diocesim nisi incertis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur seu ne iudices a sede apostolica deputati extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presencium non trahatur et aliis apostolicis constitucionibus contrariis quibuscumque aut si dictis

episcopis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium vocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de huiusmodi mencionem. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnacionis dominice millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, tercio nonas septembris, pontificatus nostri anno septimo.

2184. 1498 September 6.

Margaretha, die Frau des Edlen Jorg Melabrunner, verschreibt ihrem Manne einen Hof am Achswald unter angegebenen Bedingungen zu Leibgeding.

Copie in Cod. H f. 247.

Ich Margaretha, des edlen Jorigen Melabrunner zum Lehen eliche hawsfraw, die vormaln den edlen Achatz Perger såling auch elich gehabt, bekenn fur mich und all mein erben und thu kund allen, den der brief furkombt, das ich bolbedachtlich recht und redlich gefůgt und vermacht hab, fůg und vermach auch hiemit in krafft dis briefs dem edlen Jorgen Melabrunner, mein elichen lieben hawswirt, den hof am Achswald in Geroltinger pfarr gelegen genant datz den Lehen mit aller seiner zugehorung, der halber zu lehen ist von unnserm allergnedigisten herrn dem lanndsfůrsten in Osterreich und halber ist er als purckrecht zu lehen von dem abbt zum Gotweig und dint in jarlich auf den Gȏttweig zu sand Michilstag drey schilling pfening. Denselben hof ich mit Achatzen Perger, mein eern hawswirt saligen, erkaufft haben, der dann dieselb zeit zu veld und zu dorff ain ȏden gewesen ist, und denselben hof mit seiner zugehorung nachmalen mit dem benant Jorgen Melabrunner zu veld und zu dorf mit grossen und merclichen unnserm darlegen gestifft und in paw pracht haben, darumb ich im den hof mitsambt den gulten und purckrechten darzu gehorund, als hernach begriffen ist, vermach in der beschaidenhait, als hernach geschriben stet: item ain wisen, der acht tagwerch sein, genant di Laherin, davon man dint auf die vessten gen Wolfstain vier pfenning, von ainem agkher auf der

Öd[1] auch gen Wolfstain vier pfenning, mer ain agkher in Mairhouerveld gelegen, davon man dint gen Wolfstain vier pfenning zu freiem purckrecht, mer zwen ägkher, davon man dint auf den Götweig, das alles ausserhalb des hoffs sonnderliche purckrecht sein; mer die hernach benanten gült dint man in den benanten hof: item von ainer wisen dint man järlich in den hof, genant auf den Hanekharn vierundzwainczig pfening, di ycz Frischännderl innehat, mer von ainer wisen dint man jarlich in den hof vierundzwaintzig pfenning, di ytz der Preizl an dem Wishoff[2] innehat. Man dint auch in den hof von ainem agkher zunagst dem züfanng gelegen dreissig pfenning. Den benanten hof mit den gülten purckrechten grüntten allen und alles, das darzů gehört und von alter herkomen ist, es sein ägkher wismad höltzer oder gärten oder was das ist, nynndert noch nichts ausgenomen, das vermach ich benante Margareth Jorgen Melabruner, mein lieben hawswirt also, das er dasselb gut alles sein lebtag unverkümert innhaben nutzen und niessen mag. Und er sol davon jarlich Anna meiner tochter gen Sannd Lorentzen[3] gen Wienn in das frawnkloster raichen und geben zway pfund pfening. Ob aber derselb mein hawswirt in sölicher zeit icht darlegen wurd auf die behawsung, auf dächer oder annder notdorfft der behawsung, das sol im an den zwain pfund pfeningen, die er davon jarlichen geben sol, trewlich abzogen werden und nach abganng des benanten Jorgen Melabrunner, meins hawswirts, sol der benant hof mitsambt den gülten purckrechten zugehörungen sand Lorentzen goczhaws und frawncloster zu Wienn nachfolgen und beleiben sollen. Davon sollen diesselben closterfrawen und ir nachkomen unnser baider geslächten zu ewigen zeÿten jarlich fur die zwaÿ pfund pfenning ainen jartag begeen und sich des gen unnsern nachsten fründten mit aim reversz verschreiben. Des urkÿnd ich mich und all mein erben under der edlen vessten Hannsen Hochsteter und des edlen und vessten Pauln Freÿ zu Friesing anhanngenden insigellen, darumb sy vleissig gebeten, in und iren erben an schaden. Geben pfintztags nach Egidii nach Christi geburd vierzehenhundert und im achtundnewnzigisten jaren.

2184. [1] Oedt, Dorf, O.-G. Kicking. — [2] Wieshof E.-H., K.-G. Koholz, O.-G. Gerolding. — [3] Canonissenkloster in Wien.

2185. **1498 September 14, Rom.**

Rupert Spiegl, der Göttweiger Agent an der römischen Curie, instruiert Abt Mathias I. von Göttweig über das nun von ihm nach Erlangung der Exemtionsbulle für das Stift in dem Processe mit dem Bischofe von Passau zu beobachtende Verhalten.

Orig., Pap. Siegel war in rothem Wachse auf der Rückseite zum Verschlusse aufgedrückt; Copie in Cod. 894 (rothe nr., unfoliiert).

Adresse: *Reverendo patri, domino Mathie abbati monasterii montis Gotwicensis ordinis sancti Benedicti, Pataviensis diocesis, domino et patri suo gracioso.*

Animum etc. Recepimus reverende pater ac domine colendissime die tercia presentis mensis *(Sept. 3)* frater Iohannes et ego Petrum paternitatis v. r. nunccium harum exhibitorum et litteras, quibus intelleximus regiam maiestatem Romanam dominum reverendissimum Pataviensem ac paternitatem v. r. in conventu principum in Friburgam non mediocribus impensa et iactura occasione differenciarum intencione reverendas dominaciones vestras concordandi accersisse et ob iniquam oratorum prefati reverendissimi Pataviensis peticionem suam regiam maiestatem nil profecisse, sed causam ordine iuris decidendi reverendissimo domino nostro archiepiscopo Saltzeburgensi, prout ex ipsius commissionis copia accepimus, commisisse, quod iudicium omnino refutandum erit propter paternitatis v. r. et monasterii Gotbicensis exempcionem novissime obtentam, quemadmodum ex supplicacionis copia et minuta originali, quas in presenciarum mittimus, accipiet vestra r. p. Et ut facilius tribunale reverendissimi domini Saltzeburgensis tanquam suspectum declinare valeat, fecimus ad instanciam vestre r. p. absolucionis a censuris pretensis copiam ac nullitatis sentencie per reverendum patrem, dominum Bernhardum episcopum Libanensem promulgate cum toto negotio provinciali reverendo et venerabilibus patribus, domino abbati Melicensi ac decano et Leonardo Wulfing, canonico ecclesie Viennensis, cum clausula: quod si non omnes etc., committi, prout in bulla presentis latoris portanda commissum, qua in continenti conveniendi sunt iudices in eisdem deputati hortandi ipsos, imo requirendi eos, ut aliquis eorum, quem duxerit eligendum, onus huiusmodi assumat, citacionem contra ambos Pataviensem et Libanensem episcopos ad videndum paternitatis v. r. capitaneum et quoscunque alios dis-

turbii in monasterio facti conscios ad aliquem terminum brevem eciam feriis non obstantibus saltem ad cautelam absolvi necnon ad dicendum contra literas seu commissiones apostolicas ad primam diem iuridicam, hoc est finitis feriis etc. decernat. Extrahatur quoque eodem momento generalis inhibicio contra quoscunque. Ad effectum, si dominus reverendissimus Saltzeburgensis archiepiscopus ex commissione regali spreta apostolica procederet, eidem inhiberi possit. Arbitror tamen, cum causa ipsa sit odiosa, si ipse reverendissimus dominus Saltzeburgensis certificaretur per paternitatem v. r. de commissione apostolica et exempcione monasterii Gottbicensis, abbatis et membrorum, quod nullo modo se intromitteret. Nichilominus sit paternitas v. r. provisa cum inhibicione. Et ne regia maiestas ex suggestione adversariorum suspicetur huiusmodi commissionem extractam ad impediendam iustitiam, avisentur vestre p. r. promotores in curia regia existentes videlicet, qualiter paternitas v. r. pro absolucione sedem apostolicam adiverit, que absque cause et provincialis negocii cognicione, unde censure ecclesiastice progredi pendebantur, denegabatur. Coacte itaque recepta fuit commissio ad partes absolucionis cum examine tocius negotii maxime nullitatis. Preterea vestre r. p. in Friburga existentes sollicitatores ad regie maiestatis scripta ad summum pontificem missa exempcionem Nicolai felicis recordacionis pape V. eiusque bullas cum omnibus in eis contenta confirmari obtinuerunt in huiusmodi exempcionis, que fatigiis et impensis difficulter obtenta fuit, non parvum preiudicium, nisi denuo ab ea recedere velletis, coram reverendissimo domino Saltzeburgensi prefato litigare minime liceat, ex quo nullum nisi summum pontificem aut specialiter ab eo delegatum cognoscere possitis. Coram iudicibus in rescripto datis sitis contentus, reverendissimo domino Pataviensi et quibuscunque impetitoribus, in quantum eis iurisdictio competat, respondere, ne videamur velle absque racione vitam degere. Hiis facile indignacio, si qua concepta foret adversariorum sugestione, a precordiis regie maiestatis propulsabitur. Absolucione obtenta instruenda erit causa nullitatis super pretensis visitacione et censurarum iniqua fulminacione et pro huiusmodi sentencia summopere laboretur. Ex adverso si deducuntur malum regimen, dilapidacio bonorum et huiusmodi facinora abbatis, prout coram regia maiestate similia exposuerunt, replicetur ista respicere negocium pro-

vinciale terminandum. Finita causa nullitatis casu, quo aliqua ferretur sentencia etiam qualiscumque et pro quacunque parte et ab eadem appellatione mittatur in continenti instrumentum appellacionis ad me. Si fuerit partis adverse, faciam universam huiusmodi appellacionem cum toto negocio in rotam committi et mittam inhibicionem ad partes. Si ex parte nostra interiecta fuerit aliqua appellacio, committetur iudicibus in partibus nobis faventibus. Hoc omnino paternitas v. r. memorie servabit. Causas, quare frater Ioannes tanto se tempore a monasterio absentaverat, ex ipso vestra paternitas reverenda intelliget. Breve exemptionis, de quo alias sepius scripsi, per medium domini Petri de Carantza, sanctissimi domini nostri pape camerarii, expeditum et obtentum in captura secretarii domini archiepiscopi Cusantini perditum ivit et cum post multas diligencias de reperiendo habitas papa sciens huiusmodi concessionem per eum factam pluribus promissionibus de concedendo sub priora data aliud nos suspendit. Tandem nescio, quibus auspiciis litere regie maiestatis papam increpantes de ante data supervenerunt effeceruntque, ut de cetero nulla detur ante data, sicque coacti sumus recipere datum tunc currentem, prout est in supplicacione exempcionis. Pro composicione compulsi dedimus datario ducatos centum. Sumus in expedicione litterarum huiusmodi, quas scriptores apostolici taxare primum nitebantur ad ducatos triginta, que taxa solvitur quatuor vicibus, deinde ad XX descenderant ducatos, hodie ad quindecim, sed nullam illarum volui recipere. Spero amicorum interventu leviori taxa ipsas me expedituras. Ob huiusmodi litterarum expedicionem fratrem Iohannem reservavi mecum, ut sciat referre rem gestam, quibus taxatis ipsum dimittam. Feci obligacionem in banccis Fugkarorum vigore constitucionis per paternitatem v. r. alias in Urbe coram Iohanne Hagenwiler notario facte pro centum et LX ducatis, quibus negocia paternitatis v. r. expedicioni dabimus et omnes impensas per dictum fratrem Iohannem factas exsolvemus. Predictos centum et sexaginta ducatos cum interesse Saltzeburge solvi debent nostro Froschelmoser, ubi bulle exempcionis deo favente futuro invenietis mense expeditas, beatissime et unas litteras conquestus contra cives in Mautarn in presentiarum quoque mittimus. Hiis paternitatem v. r. optime valere cupio, cui me tanquam deditissimum mancipium commendo. Ex Urbe die 14. septembris

anno etc. 1498. Eximie r. p. deditissimus inservitor Rupertus Spiegl.

2186. **1498 October 23, Wien.**

Martin Zug, arcium liberalium doctor, ecclesie Wiennensis decanus, *und Leonhard Wulfing,* decretorum doctor, dicte ecclesie Wiennensis canonicus ac curie eiusdem officialis, *citieren, nachdem ihnen Abt Mathias I. von Göttweig das Rescript des Papstes Alexander [VI.] vorgewiesen hatte, wodurch sie zur Untersuchung der Streitsache zwischen dem Bischofe Christophorus von Passau und dessen Weihbischofe Bernhard einerseits und ihm andererseits ermächtigt wurden, und sie um die Citation derselben auf einen Ort ausserhalb Wien's ersucht hatte, den Bischof Christophorus von Passau und dessen Weihbischof Bernhard auf den zwanzigsten Tag nach der Bekanntgabe der Citationsurkunde nach Wien*[1] *in das Wiener Officialat vor ihr Gericht, wenn dieser Tag ein Gerichtstag ist, wenn nicht, auf den nächsten Tag, um sich vor ihnen zu verantworten. Diese Citationsurkunde ist durch den Notar Nicolaus Wilde de Missa ausgestellt.*

Siegler: Martin Zug und Leonhard Wulfing.

Datum et actum Wienne in loco dicti officialatus Wiennensis nobis inibi hora quasi duodecima pro tribunali sedentibus (1498), indictione prima, die vero martis vicesima tercia mensis octobris, pontificatus etc. Alexandri etc. pape sexti anno eius septimo.

Zeugen: presentibus ibidem discretis viris, dominis Friderico Himler, Ioanne Riedl et Iodoco Ostermair, clericis Herpibolensis, Pataviensis et Augustensis diocesium, testibus.

Copie, Pap. Lat.

Diese Copie ist durch den Notar Johann Tettenhaymer als authentisch erklärt.

2186. [1] Abt Mathias I. muss vorher schon in dieser Angelegenheit nach Wien gereist sein, da die Rechnung v. 1498 vermerkt: *item verzert zw Wien mit der ladung 12 tt. 4 ß. 3 ₰.*

2187. **1498 November 11, Rom.**

Papst Alexander [VI.] verleiht dem Cleriker der Passauer Diöcese Georg Porl die durch Michael Lettmann's Resignation vacante Pfarre in Hofstetten, deren jährliches Erträgnis 8 Mark Silber nicht übersteigt.

Annat. Alexandri VI. 1498—1499, f. 96' im Vatic. Arch. zu Rom.

Bl. f. Landesk. v. N.-Oe. XXV, 133 Reg.

2188. **1498 November 15, Salzburg.**

Erzbischof Leonhard von Salzburg missbilligt, nachdem er durch den Bischof Cristof von Passaw erfahren hat, dass Abt [Mathias I.] von Göttweig im Streite zwischen seinem Stifte und dem Bisthume entgegen seiner vor König [Maximilian I.] gegebenen Einwilligung laut eines päpstlichen Rescriptes die Streitsache vor ein anderes Gericht zu bringen suche, dessen Vorgehen und ladet ihn am künftigen Mittwoch vor Andree (Nov. 28) vor sich, an welchem auch der Bischof von Passaw oder dessen Leute vorgeladen sind.

Datum Salzeburge die decima quinta mensis novembris (1498).

Orig., Pap. Deutsch. Petschaft auf der Rückseite in rothem Wachse aufgedrückt.

2189. **1498 November 19, Passau.**

Bischof Cristofferus von Passau und Bernhard, der Weihbischof der Passauer Diöcese, episcopus Libariensis, *bestellen zur Verhandlung ihrer Processache mit dem vormaligen Abte von Göttweig* (quondam abbas) *vor den vom apostolischen Stuhle bestellten Richtern Martin Zug und Leonhard Wülfing als ihre Vertreter mit Uebertragung aller Rechte die Herren: Judocus Jungmair, Licenciat in den Decreten, Canonicus von Passau, Magister der Decrete und Doctor des bürgerlichen Rechtes, Gabriel Güttratter, Licenciat, und die Magister Ulrich Syembel und Johann Witter. Diese Urkunde wird von dem Notare Johannes Murawer, Cleriker der Salzburger Diöcese, ausgestellt.*

Datum: Acta sunt haec Patauie in curia episcopali in stuba maiori (1498), indictione prima, die vero lune decima

nona mensis novembris, pontificatus etc. Alexandri etc. pape sexti anno sexto.

Zeugen: presentibus ibidem venerabilibus viris Iohanne Prenner, canonico et cancellario, Iohanne Hofman reddituario et Andrea Kraft, capellano reverendissimi domini Pataviensis, presbyteris Salczburgensis et Bambergensis diocesium, testibus.

Orig., Pap. Lat. Mit Notariatszeichen und Unterschrift des Notars.

2190. **1498 November 26, Wien.**

Leonhard Wulffing, decretorum doctor, canonicus ecclesie Viennensis et officialis eiusdem generalis, *spricht den Abt Mathias I. und den Burghauptmann zu Göttweig auf deren Bitte um Absolution*[1] ad cautelam *und nach deren eidlicher Erklärung, den Vorschriften der Kirche Gehorsam leisten zu wollen, von den über sie verhängten Censuren los und ertheilt dem Göttweiger Professen und Pfarrer in Mautarn Georg die Vollmacht, die Genossen des Schlosshauptmannes zu absolvieren. Zugleich ertheilt er den Auftrag, diese Absolution beim Gottesdienste in den Klöstern, Kirchen und Kapellen öffentlich zu verkünden.*

Siegler: der Urkundenaussteller mit dem Wiener Officialatssiegel.

Datum et actum Vienne in domo nostre solite residencie (1498) indictione prima, die lune vicesima sexta novembris, pontificatus etc. Alexandri etc. pape sexti anno eius septimo.

Zeugen: presentibus ibidem venerabilibus viris, domino Friderico Hymler, Iohanne Riedl presbytero et magistro Petro Tannhawser, testibus.

Copie, Pap. Lat.

Diese Abschrift ist durch den Notar Johann Tettenhaymer als authentisch erklärt.

2191. **1498 November 26, [Wien].**

Gabriel Guettratter, Procurator des Bischofes Cristofferus von Passau und des Weihbischofes Bernhard, episcopus Liba-

---

2190. [1] Der Abt reiste derentwegen nach Wien. Es vermerkt die Rechnung v. 1498 die Kosten dieser Reise: *item zu Wien circa festum Katerine pro absolucione 14 tag gewart und fuergeladen, verzert XI ℔. ₰.*

riensis, *appelliert von dem Urtheile des von Papst Alexander VI. bestellten Richters in der Streitsache derselben mit dem Herrn Mathias,* qui se pro abbate Gotwicensi gerit, *nämlich des Dechantes des Wiener Domcapitels Leonhard Wulfing, an den Papst und begründet diese Appellation folgendermassen: Bischof Cristofferus von Passau und Weihbischof Bernhard seien zwar gemeinsam von den bestellten Richtern Martin Zug und Leonhard Wulfing citiert worden, jedoch sei die Citation letzterem am 8. November präsentiert worden, so dass er erst am 28. November nach Ablauf der festgesetzten 20 Tage zu erscheinen hatte. Nichtsdestoweniger nahm aber der Dechant Leonhard Wulfing schon am 26. November die Verhandlungen vor und absolvierte den vermeintlichen Abt von Göttweig und dessen Helfershelfer von dem Banne, wozu er allein vorzugehen nicht berechtigt war, da ihm gemeinsam mit Martin Zug die Untersuchung und Urtheilsfällung übertragen war, so dass dadurch nicht nur gegen letzteren ein Präjudiz geschaffen, sondern auch der Weihbischof Bernhard von Passau in seinem Rechte beeinträchtigt wurde.*

Datum: Die lune vicesima sexta novembris (1498).

Copie, Pap. Lat.

Diese Copie ist durch den Notar Andreas Vnnverdorben als authentisch erklärt.

2192. **[1498 November 28.]**

Mathias Bisinger appelliert als Procurator des Abtes Mathias [I.] von Göttweig in dessen Processe mit dem Bischofe Cristofferus von Passau und dessen Weihbischofe Bernhard wegen deren Klagen über Beleidigungen seitens des benannten Abtes von dem Gerichte des Erzbischofes Leonhard von Salzburg deswegen an Papst Alexander VI., weil es dem Abte infolge der zu kurzen Zeit zwischen dem Tage der Kundmachung des Gerichtstages, nämlich dem 23. November, einem Freitage, bis zu diesem selbst nicht möglich war, daselbst zu erscheinen, wodurch er in seinem Rechte schwer geschädigt wurde.

Copie, Pap. Lat.

Die chronologische Einreihung ergibt sich aus nr. 2188.

2193. **[1498 November 28.]**

Nicolaus Wilde, Domherr von Bresslau, appelliert als Procurator des Abtes Mathias von Göttweig von dem Gerichte des Erzbischofes Leonhard von Salzburg seinerseits wegen des unrechtmässigen Vorgehens seitens desselben an Papst Alexander VI.

Copie, Pap. Lat.

Die Datierung ergibt sich aus dem Inhalte der Urkunde u. nr. 2188.

2194. **1499 Jänner 21.**

Abt Mathias [I.] zum Gottweig stellt dem erbern Erhart Vischer von Nuermberg einen Schuldschein über 37 fl. ₰. für gelieferte drei Stücke wollenes Tuch aus und verpflichtet sich, selbe am künftigen sand Jacobstag (Juli 25) zu bezahlen.
Siegler: der Urkundenaussteller.

Datum Gottweig am montag nach Sebastiani (1499).

Orig., Pap. Deutsch. Mit auf der Rückseite aufgedrücktem Petschaft.

S. unter Papierdecke, länglich, achteckig, roth, IV A 2. Beischrift: MAG. In der Tartsche die Dreiberge, welche mit dem Kreuze besetzt sind.

2195. **1499 Februar 16, Wien.**

Wilhalm von Greyss, königlicher oberster Jägermeister in Osterreich, gibt Abt [Mathias I.] zum Kottwein gegenüber seiner Freude Ausdruck, dass er sich auf die Bitte, seinem Vetter, dem Herrn Sixt,[1] *die Vicarie der Pfarre zu Mautern zu verleihen, hiezu bereit erklärt hat, und benachrichtigt ihn, dass letzterer am künftigen sannd Jorigentag (April 24) die Pfarre antreten werde.*

Datum Wienn. sambstag nach Valenntinus (1499).

Orig., Pap. Deutsch. Petschaft auf grünem Wachse abgefallen.

Vgl. nr. 2211.

2195. [1] Weys (nr. 2211).

2196. **1499 März 2.**

Wier hernachbenanten mit namen Pawl Gőzinger burger, des rats zw Sand Pőltn, Vlrich Schaitter, des von Rar ambtman zw Råckleinsdorff, Hanns Khuckhinger von Schawing, Peter Schåpåser von Hugling[1] unnd Steffan Mair von Fliensdarff wier bechennen all ainhelligklich, das zw unns khemen ist der Påwl Nőppl von Fliensdarff und unns mit fleiss gepetten, das wier das pehawst guet mit seiner zwegeherung zw Fliensdarff, das dann derselb Pawl Nőppl ÿcz pesiczt, trewlich schåczen sollen, wie vil des wert ist, so well er seinem khůndt genant Påwl seinen tail an dem haws mit grundheren hannden vergůettn. Also haben wir angesehen sein vleisig bete unnd dasselb pehawst gůet trewlich geschåczt umb achtundzwaizig phunt pfening. Diė sol das benant khindt berieblich auf dem haws habm und der penant Påwl Nőppl sol auch besunder zwsambt den achtunndzbeinzig phůndt ₰. bezalen seiner swiger geschåfft vierczehen schiling ₰. anlat und ablait und alle zerung, so darauf gangen ist. Des geben wier hie mit unser khuntschafft untter unnser obenanten Pawl Gozinger und Vlreich Schaitter auffgedructen petschaften. Das bezewgt dwrich unser vleisig bete der erber Peter Wirsing, statschreiber zw Sand Pőlten, mit seinem aufgedructen betschadt doch uns und unseren erben an schaden. Geben am sambstag vor oculi in der vastn nach Christi gepuerdt virzehenhundert und im neynundnewczigisten jaren.

Notiz in Cod. H f. 232.

2197. **[1498 November 26—1499 April 19.]**

Bischof Christophorus von Passau und dessen Weihbischof Bernhard appellieren gegen das Urtheil des Leonhard Wulfing an den Papst Alexander VI.

Copie wörtlich inseriert in nr. 2199.

Die chronologische Einreihung dieser Urkunde wird ermöglicht durch den Inhalt von nr. 2190 u. 2199.

2196. [1] Bl. f. Landesk. v. N.-Oe. XVII, 367 f.

Beatissime Pater! Cum alias devota creatura vestra Cristofferus episcopus Pataviensis fama scandalosa per totam illius diocesis suborta contra personam Mathie se modo pro abbate monasterii Gotwicensis gerentis ordinis sancti Benedicti eiusdem. Pataviensis diocesis ex officii sui debito canonice inquiri fecisset et in dicti Mathie persona enormia delicta, propter que digne ab abbacia deponi meruisset, comperta fuissent ipseque Mathias deinceps ab huiusmodi excessibus velle abstinere promisisset et propterea delictorum indulgenciam tunc obtinuisset, ad vomitum tamen rediens idem Mathias peiora mala et detestabiliora crimina perpetrare non erubuisset. Ne igitur creatura vestra quiescendo publica scandala confovere et curam sibi commissam negligere videretur, certis sibi honestis et devotis prelatis adiunctis in prefato monasterio iterum inquirendo Mathiam ipsum deteriorem, magis facinorosum, incorrigibilem ac prorsus inutilem prelatum invenit, ad cuius correctionem, ut demerita sua exigebant, ulterius procedendi sanctitatis vestre devoto oratori Bernardo episcopo Libariensi, eius suffraganeo, negocium inquisitionis, uti dimissum fuit, commisit, qui servatis iure servandis ipsum Mathiam a regimine et administratione dicti monasterii deposuit et privavit. A qua quidem sentencia, licet fuisset per prefatum Mathiam ad sedem metropoliticam ecclesie Salzeburgensis appellatum, ipsa tamen sentencia ob appellationis non prosecutionem infra debitum temporis in rem iudicatam transmisit. Nichilominus dictus Mathias per falsam ut creditur suggestionem causam pretense appellationis sue certis iudicibus in partibus per rescriptum apostolicum committi obtinuit, coram quibus pro parte dictorum creature vestre et prefati episcopi Libariensis etiam in causam tracti nonnulle exceptiones etiam fori declinatorie date ad probandum admitti petite fuerunt, ipsi tamen pretensi iudices exceptionibus huiusmodi tacite repulsis nonnulla alia gravamina ipsis oratoribus intulerunt, a quibus repulsionis et in instrumento appellationis desuper confecto expressis gravaminibus fuit et extitit pro parte dictorum creature vestre et prefati episcopi Libariensis ad sanctitatem vestram et sedem apostolicam provocatum et appellatum. Igitur cum causa huiusmodi sit valde gravis et inter prelatos agatur, dignetur eadem sanctitas vestra causam et causas appellatonis et appellationum posterioris huiusmodi ac nullitatis processus dictorum iudicum attemptatorumque et innovatorum quorumcumque

post et contra huiusmodi appellationem ac negocii principalis coniunctim vel divisim alicui ex reverendis patribus, dominis causarum vestri sacri palacii apostolici auditoribus committere et mandare summarie simpliciter et de plano et conventus constito sibi de non tuto accessu ad personam eiusdem Mathie etiam extraiudicialiter et extra Romanam curiam citationem per edictum publicum exequendi decernat et per edictum citari ipsum mandet audiendi cognoscendi decidendi et fine debito terminandi cum emergendis incidendis dependendis annexis et connexis ac potestate dictum Mathiam in Romana curia et extra eam etiam per edictum ut prefertur citandi ac dictis iudicibus et quibuscumque aliis, quibus fuerit inhibendum, inhibendi. Non obstantibus quod causa seu cause huiusmodi ad ipsam Romanam curiam forsan legitime devolute seu in eadem de sui natura aut ipsius necessitate tractande vel finiende non existant ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

2198. **[1499 März 9 — April 19.]**

Scheffleytzech zu Mautarn habent auffentpfangen nucz und gewer 1/2[a] vineae hinder der stat gelegen, davon man dint gan Gott(weig) Martini V ₰., als dan mit chauf van Lienhart Kchukinger an die gedacht zech kchomen nach sag erber leyt, presentibus Glacz zu Mautern, maister Niclas richter daselbs.

Notiz in Cod. H f. 232′, unvollständig u. durch eine spätere H. getilgt.

Die chronologische Einreihung ergibt sich aus dem Datum der vorausgehenden und der zweiten nachfolgenden nr. — sabbatum ante letare und feria VI ante Georii 1499.

2199. **1499 April 19, Rom.**

Guillerinus de Perreriis, decretorum doctor, subdecanus Pictavensis, domini nostri pape capellanus et ipsius sacri palacii apostolici causarum etc. auditor, *citiert auf Befehl des Papstes Alexander VI., nachdem ihm die darauf bezügliche erledigte Bittschrift des Bischofes Christofferus von Passau und*

2198. [a] Wohl *iuger* zu ergänzen.

dessen Weihbischofes Bernhard auf Papier überreicht wurde und er um die Citation eines gewissen Mathias, welcher sich für den Abt von Göttweig ausgibt, von denselben ersucht wurde, denselben durch Anschlag der Citationsurkunde auf der Audientia publica und an der Basilica des heil. Petrus zu Rom und ausser Rom an der Kathedralkirche zu Wien und der Pfarrkirche zu Crembs zum persönlichen Erscheinen desselben zu Rom oder an dem Orte der päpstlichen Residenz am 50. Tage nach der Verkündung der Citation zu Rom. Diese Citationsurkunde ist von dem Notare Georg Weghemma, Cleriker der Kölner Diöcese, als Vertreter des Notars Johann de Finibus, eines Clerikers von Condom, als Schreiber des Auditors Guillerinus ausgefertigt.

Datum et actum Rome in domo habitacionis nostre (1499), indictione secunda, die vero Veneris decima nona mensis aprilis, pontificatus etc. Alexandri etc. pape sexti anno septimo.

Zeugen: presentibus ibidem discretis viris, magistris Bartholomeo de Baena et Gerardo Peze, notariis publicis scribisque nostris, clericis Cadubensis[a] et Monasteriensis diocesium, testibus.

Siegler: der Urkundenaussteller.

Copie, Pap. Lat.

Diese Abschrift ist durch den Notar Johann Mūrawer nach dem Originale angefertigt und als authentisch erklärt.

2200. **[1499 April 19, Rom.]**

Abt Mathias I. von Göttweig wird vom Auditor Guillerinus de Pereriis auf den 50. Tag nach der Kundmachung der Citationsurkunde vor sein Gericht an die römische Curie citiert.

Orig., Pap.

Dieser Citationszettel war, wie die Spuren des auf der Rückseite an den vier Ecken vorhandenen rothen Wachses zeigen, an einer Kirchenthür affigiert.

Hic citatur auctoritate apostolica dominus Mathias assertus abbas Gotwicensis, quatenus quinquagesima die ab insinuacione seu execucione presentis in Romana curia coram reverendo

---

2199. [a] Statt *Caturcensis*.

patre, domino Guillerino de Pereriis auditore rote in causa appellacionis a nonnullis assertis iudicibus delegatis Wienne commorantibus interposite et illorum asserta absolucione ab excommunicacione maiori dicto domino Mathie ac complicibus suis ut asseritur, licet nulliter et de facto impartita necnon in causa penibili etc. compareat, instantibus reverendissimo ac reverendo patribus et dominis Pataviensi et Lybariensi episcopis etc.

2201. **1499 Mai 20, Göttweig.**

Abt Mathias [I.], Prior Andreas und der Convent zum Gottweig verpachten dem ersamen Niclas Strewein, Richter zu Stransdarff, für 160 tl. ₰., welche er ihnen in der Nothlage des Stiftes zur Bezahlung von 100 Mut Vogthafer an den Landesfürsten geliehen hat, den grossen und kleinen Stiftsgetreidezehent in der Stransdarffer Pfarre von jetzt an auf acht Jahre unter der Bedingung, dass jährlich je 20 tl. ₰. mittelst Quittung von der Schuld abgezogen werden sollen, und verpflichten sich ihnen bei Hagel-, Wetter- oder Kriegsschäden zu einem Nachlasse.

Datum: Geben zw Gottweig am mantag in phinngstfairtagen (1499).

Siegler: (I.) Abt Mathias [I.] und (II.) der Convent zum Gottweig.

Orig., Perg. durch Schnitt cassiert. Deutsch. Von 2 Siegeln an Perg.-Streifen das 2. abgefallen.

I. beschädigt, rund, roth auf Sch., IV A 2 (nr. 2163 S. I).

2202. **1499 Juni 4, Wien.**

Sigmund Snaitpekh, Vitzthum in Osterreich unter der Enns, quittiert Abt Mathias [I.] und dem Convente zum Gotwey den Empfang von 200 Mut an seit den Jahren 1495—1498 schuldigem Vogthafer, von welchem sie 166 Mut 24 Metzen, 1 Mut zu 2 tl. 4 ß. ₰. gerechnet, mit 417 tl. ₰. ablösten und 33 Mut 7 Metzen dem königlichen Kastner Peter Präwnn zu Wienn einlieferten.

Siegler: der Urkundenaussteller.

Datum: Actum Wienn eritag nach Erasmi (1499).

Orig., Pap. Deutsch. Petschaft war in grünem Wachse auf der Rückseite aufgedrückt.

2203. **1499 Juni 9, Rom.**

Rupert Spiegl, der Göttweiger Agent an der römischen Curie, übersendet Abt Mathias I. das Original der neuen Exemtionsbulle und andere Documente und meldet zugleich den Tod des in Rom weilenden Göttweiger Priors Johann.

Orig., Pap. Petschaft unter Papierdecke auf der Rückseite in rothem Wachse aufgedrückt; Copie in Cod. 894 (rothe nr., unfoliiert).

Adresse: *Reverendo patri, domino Mathie abbati monasterii montis Gotbicensis ordinis sancti Benedicti Pataviensis diocesis, domino et patri suo gracioso.*

Reverende pater, domine colendissime! etc. Ex meis superioribus litteris paternitas v. r. habuit intellexisse fratrem quondam Iohannem, professum montis Gotbicensis, alias in negociis paternitatis v. r. et vestri monasterii ad me missum, morbo Gallico misere occubuisse. Habebat per plura tempora ante eius obitum faciem homini multum dissimilem, carebat nasu ipso morbo abesu, item oculo uno, praeterea caput tumoribus ingrassatum ipsum inagnoscibilem reddens. Fetebat insuper, ut quisque hominum eciam statuto quocunque precio eius curam gerere pertimescebat. Tandem ne incomitatus mortem obiret, ordinavi ipsum in hospitale s. Iohannis in vigilia pasce *(März 30)*, in quo summa adhibita cura octo diebus vixit et postea animam suo creatori reddidit. Est quoque in cimiterio hospitalis eiusdem, ut presbyterum decet, honorifice subterratus, cuius anima requiescat in pace. Procuravi nonnullas missas in sanctorum Iohannis Sebastiani et Gregorii ecclesiis pro eius anima celebrari, residuum exequiarum committo paternitati v. r., pro cuius honore et monasterii commodo spiritum emisit. Exposui pro medicis, aromatariis et aliis pro recuperanda eius sanitate ordinatis ducatos septem. Mansit preterea pro expensis obligatus mihi in ducatos XV, qui insimul constituunt ducatos viginti duos, prout ipse dominus Iohannes harum exhibitor calculum vidit. Eosdem perditum ire vellem, utinam superviveret. Commendavi ipsi domino Iohanni paternitatis v. r. presentandi bullarum copias alias apud me, dum paternitas v. r. erat in Urbe, relictas, item transsumptum bulle

Nicolai ex camera non parvis laboribus et impensis extractum, quod optime propter conservatores in ea deputatos custodire suadeo. Insuper exhibebit quoddam sumptum cuiusdam confessionalis pro nobili viro, domino Martino Egenburger eiusque uxore et liberis, quod p. v. r. eidem presentari faciet. Laboravimus hiis diebus extreme pro ipsa bulla exempcionis habenda, pro qua clerici camere quinquaginta ducatos pro iocalibus petunt. Obtuli viginti, sed recusarunt. Videbo, si XXX haberi possit, quos Iohannes Zinck, factor Fugkerorum in Urbe, mutuare intuitu paternitatis v. r. promisit. Si eosdem quoque recipere recusabunt, supersedere statui, donec mentem paternitatis [v. r.] super ea re habuero. Videtur mihi summa L ducatorum nimis exhorbitans. Huius bulle originalem, supplicacionem manu propria pontificis signatam in presenciarum quoque mitto. Kilianus Geÿr his diebus obtinuit sentenciam alias in favorem Michaelis Huepher super parrochiali ecclesia in Kulb vestre r. p. collacionis latis revocari et titulum et collacionem ordinariam canonizari. Ceteram ipse dominus Iohannes enarrare sciet. Hiis me paternitati v. r. ad vota paratissimum offero. Ex Urbe die nona iunii anno etc. 99.

Eximie p. v. r. deditissimus inservitor R(upertus) Spiegl.

2204. **1499 Juni 29.**

Hansl Strasser, etwan des Kchobolten zu Mautarn diener, hat auffentphangen nucz und gewer $^1/_2$ veldlehen zu Mautarn nach Pawgartnerweg gelegen mit seiner zugehorung, davan man dint Egidii X mecen vogthabern gan Gott(weig), III ₰. darauf und VI snitpfhening, als dan mit geschåfft van Erhart Kchobolt, etwan richter zu Mautarn, an den penanten Strasser kchomen ist laut aines geschåfft in gruntpuech zu Krembs geschriben. Actum in die Petri et Pawli apostolorum 99 presente Hans Knol van Wesendarff.

Notiz in Cod. H f. 234.

2205. **1499 Juni 30, Rom.**

Abt Wilhelm von Luxemburg verspricht Abt Mathias I. von Göttweig, sich seiner als Generalvisitator und Procurator des Ordens

in Deutschland an der römischen Curie gegen den Bischof von Passau anzunehmen.

Orig., Pap. Petschaft ist auf der Rückseite in rothem Wachse zum Verschlusse aufgedrückt; Copie in Cod. 894 (rothe nr., unfoliiert).

Adresse: *Reverendo in Christo patri domino, domino Mathie abbati Gotbicensi, ordinis sancti Benedicti, fratri colendissimo.*

Reverende pater! Post commendationem comparuit in Urbe dominus Iacobus, plebanus in Halpach, vestri nomine corporale cum facelletis ac paramentis presentando, pro quo gratias vobis refero immensas. Qui ex quo ut asseruit dominum Rupertum Speghel, procuratorem domini episcopi Pataviensis acceperat, ne apud eundem episcopum ut vester sollicitator incusaretur in sui periculum, ad me declinavit, memoriam presentavit, quam dum prefato magistro Ruperto ostenderem, respondit: frater Iohannes, ut vestra p. novit, post longa ulcera martiriaque mortem obiit. Episcopus Pataviensis ut scitis nil novi attemptavit nisi rescriptum quoddam, cuius vigore nunc forsan abbas citatus est. Si aliam citacionem contra episcopum petat super iniuriis per rescriptum, fatuum est, nisi mandatum mittat et committatur in rota. De aliis impetrandis iuxta memoriale absque pecunia effici possit nichil. Scribit ibidem de ducentis LX ducatis, quos olim cum suo mandato de banco accepi et frater Io(annes) et ego computum remisimus. Bulla exemtionis, quam vestra p. obtinuit, stat in camera, pro iocalibus et ducatos XXIIII. Hec et similia satis frigide respondit cum aliis, que sileo. Reverende pater! Quod in Salzburga ad vestram concordiam nil factum sit et quod vestros clericos ordinare, loca consecrare seu reconciliari[a] recuset episcopus, parvi facio. Habitis enim bullis vestris, quas propter resistencias procuratorum episcopi laboriosissime plus quam anno integro obtinere desudavi, mittatis vestros ad alias dioceses, utamini officio suffraganeorum aliorum et quamquam pro infamia vestra multiplici continuata de vestra emerenda disperaret dominus Rupertus et frater Io(annes) defunctus et ego ita, quod dispensacionem a me expeteret frater ille, quod absque vestra licentia ad Sacrum Specum se transferre posset. Nunc tamen ex quo dominus Iacobus vestram p. laudat et ego in vestro memoriali

---

2205. [a] Statt *reconciliare*.

reperio, quod monachos bene institutos ad vestrum monasterium reformandum postulatis, animum resumpsi et si bancarius de Focker habitis facultatibus huiusmodi respondere voluerit ut promittit, expediam et mittam et si litigare in rota et vos defendere placuerit, si mandatum miseritis cum instructione, etiamsi Specghel noluerit, ego substituam et vos defendam contra episcopum et quoscumque confisus, quod talis ex nunc erit vestra conversatio, ut nullam verecundiam exinde reportare debeam. In domino Iesu feliciter valete! Ex Urbe ultima iunii anno 1499.

Wilhelmus abbas Lucenburgensis, generalis visitator et procurator etc.

2206. **1499 Juli 1, Rom.**

Rupert Spiegl, der Göttweiger Agent an der römischen Curie, legt Abt Mathias I. von Göttweig unter anderem Rechnung von seinen Ausgaben in den Angelegenheiten des Stiftes.

Orig., Pap. Petschaft war in rothem Wachse zum Verschlusse unter Papierdecke aufgedrückt; Copie in Cod. 894 (rothe nr., unfoliiert).

Adresse: *Reverendo etc. Mathie abbati monasterii beate virginis montis Gotbicensis, ordinis sancti Benedicti, Pataviensis diocesis etc.*

Reverende pater, domine colendissime! etc. Heri cena peracta presentium exhibitor dominus Iacobus literas vestre r. p. mihi presentandas sibi commissas prius lectas et apertas presentavit. Cui primum eas consignaverit, et eius in Urbem adventum, ipse paternitati v. r. declarabit. Postquam legissem literas memorantes nonnulla puncta in quodam memoriali ad expediendum annotata, interrogavi pro eodem memoriali. Quod, cum non haberet, misi eum pro eodem, quod quoque presentavit. Veneris XXVIII. huius dominus abbas Lutzenburgensis per suum familiarem me rogatum habuit, ut ipsum visitare dignarer, quod finita audiencia ad statim implerem. Idem abbas exhibuit quasdam vestre r. p. litteras, quibus continebatur me ex bancho Fugkarorum et absque paternitatis v. r. mandato percepisse ducentos et XL ducatos, de quibus nullam hactenus reddidissem racionem, dantes tacite intelligere dictas pecunias in alium quam paternitatis v. r. et monasterii usum convertisse, de quo non parum dolebam, cum de pecuniis ad me missis teste deo unum in meum commodum obulum non ordinaverim.

Et ut paternitas v. r. de singulis per fratrem Iohannem bone memorie et me gestis plenam capiat noticiam et expositionem racionem per eum et me sepius antea scriptis, vestre r. p. ad infrascripta oculos legenda prebeat. Die 14. iulii dictus quidem frater Iohannes anno 97 spoliatus omnibus rebus in Urbem [per][a] pedes venit, quem in hospicium meum, ut obligabar, intuitu vestre r. p. collegi. Idem cum quodam cive ex Hallis Eni, qui secum venerat non tamen spoliatus, vestre r. p. pro certis pecuniis pro sui sustentacione et negociorum sibi commissorum expedicione scripserat. Ad eius scripta in banchum Fugkarorum fuerunt ordinati ducati centum, quos pro sola signatura exempcionis pontifici presentare cogebamur, prout ex crebris meis litteris et ipsius abbatis, qui eos Datario pro huiusmodi signatura obtulit, vestra r. p. accepit. Habita signatura non erant pecunie pro litterarum expedicione, sine qua dictus quondam frater Iohannes domum redire nolebat. Habui ad recursum ad constitucionem procuriarum factam per p. v. r., dum erat in Urbe, in quo doctor Maximilianus et ego constituti et quilibet nostrum in solidum sumus ad obligandum paternitatem v. r. et monasterium pro ducentis ducatis, vigore cuius mandati dictus quondam frater Iohannes et ego ex dicto bancho recepimus ducatus centum et sexaginta absque interesse, quod forsan iuxta mercatorum consuetudinem seu verius taxam sexdecim ducatorum vel aliquid ultra est. De praedictis pecuniis exposuimus infrascripta inprimis pro bulla in forma ‚humilibus', vigore cuius paternitas vestra cum aliis, qui disturbio interfuerunt, absoluti fuerunt, ducatos XII pro litteris ‚conquestus' carolinos VII, pro duobus beatissime seu confessionalibus unum paternitati v. r., alterum N. Ebmer novissime cum domino Iohanne Ruedl cum ceteris copiis missis carolinos octo, fratri Iohanni bone memorie pro uno equo ducatos decem, summa illorum viginti tres ducati et carolini III pro bullis exempcionis, pro supplicacione carolinos V, pro eius redempcione ex registro carolinum I, ex cancellaria carolinos V. Abbreviatori, qui fecit minutam, ducatum I, scriptori pro carta et salario ducatum I, eius familiari pro bibalibus carolinum I, item scriptoribus apostolicis, qui habent unam taxam, ducatos XII. Ad eosdem ex gracia obtinuimus bullam taxari generosius ducatos II caro-

---

2206. [a] Aus Versehen ausgelassen.

linos II. Abbreviatoribus, qui habent taxam secundam, ducatos XI carolinos V, in prima visitacione carolinum I, in plumbo, ubi solvitur tertia taxa, ducatos XII et plumbatoribus carolinos XIII. In registro bullarum, ubi solvitur quarta taxa, ducatos XII carolinum I, pro registratura bulle carolinos VI, pro redempcione supplicacionis a custode carolinos VIIII, item magistris in registro bullarum pro composicione ducatos V. Summa LVIIII ducati, carolini V. Iem notario in bancchis, qui recepit obligacionem, ducatum I; item copiste, qui fecit instrumentum obligacionis, carolinos III; item pro sumpto bulle exempcionis Nicolai pape V. ducatos in auro III, carolinum I; item domino Iohanni I ducatum, Conrado magistro carolinum I, qui emit eidem equum, pro speltis carolinos IIII, pro feno carolinos II, libras duas; item apothecario pro medicina carolinos VI; item medico florenum Rhenensem unum; item pro speltis et feno carolinos VIII; item ipsi domino Iohanni carolinos VI, pro feno carolinos III libras III, pro spelta carolinos III libras III ₰. II, iterum pro speltis carolinos VIII, item pro speltis bolendis IIII, item pro feno et speltis carolinos III libram I, 1 ₰., in summa ducatos IX carolinos VII libras VI 1 ₰. Deinde inter computata fratris Iohannis quondam percepta ex me infrascripta: iterum I ducatum, item VI carolinos, item carolinos VI, iterum I ducatum, florenum Rhenensem I, carolinos V, carolinos II, carolinos IX, carolinos III, VI quidem grossos, florentinos II, carolinos I, item pro feno carolinum I, sufferrando IIII grossos Florentinos, pro stramine carolinos III, pro feno carolinos IIII, pro spelta carolinos VIII, pro ordeo carolinum I, pro quatuor paribus calceorum carolinos VI libras III, pro antiquis ocreis reformandis carolinum I, pro medicinis pedis frontisque carolinos IIII, pro uno bireto carolinos III, pro ventosis carolinos II, pro ocreis novis carolinos V, pro vestibus reformandis carolinos III, pro albis calceis propter egritudinem pedis carolinum I libras V, pro candelis successive carolinos III, pro lignis ad hiemem libras V, pro chirothecis carolinum I. Hec de manu sua apud me sunt annotata. Summa: ducati IX carolini VIII libre IIII ₰. III. Summarum: ducati centum et duo libre III ₰. III. Fuit preterea dictus quondam frater Iohannes in expensis meis per annum et menses octo dies XVI, ubi pro qualibet ebdomada ponatur I ducatus. Hec sunt exposita per me iterum de receptis ex bancho Fugkarorum videlicet centum et sexaginta

ducati, in residuo paternitas v. r. mihi obligata manet. In Urbe per episcopum Pataviensem nil novi attemptatum preter citacionem extractam, qua, ut retulit mihi cursor episcopi Pataviensis, missus fuit notarius ad exequendam eam. Si sic esset, mittetis de singulis gestis claram ad me informacionem, etiam iura et litteras Prenner super jagersuppen. Non est opus citacione super iniuriis contra episcopum Pataviensem. Ego eas clare deducam, si redierit execucio citacionis. Nichilominus specificentur clare in missivis ad Urbem. De incorporacione ecclesiarum hoc tempore nil attemptandum est, quia papa senex et si moreretur, omnes expense essent perdite, quia verosimile est eum cicius mori, quam rectores et successores revocaret, omnes incorporaciones non sortirentur effectum, que sine magnis pecuniis haberi non possent. Misi citacionem contra dominum Gregorium Pintter super parochiali ecclesia in Nalib et spero eam ab eo evincere. Citacio est in Tulln cum Ioanne Riedinger. Ergo procuretur ut exequatur. Geyer obtinuit ecclesiam in Kulb revocata et sentencia pro Michaele Huepler lata. Obtuli dominis clericis in camera apostolica pro iocalibus 24 ducatos pro bulla exempcionis, qua habita dominacio vestra reverenda poterit recipere crisma ordinaciones ecclesiarum etc. a quocumque antistite. Eciam modo propter transsumptum pape Nicolai alias transmissum iubileum ad modum universalem non possem habere mille ducatis nec credo, quod alicui dabitur nisi magnis pecuniis, denegatum et hiis diebus domino reverendissimo Saltzburgensi, qui propterea specialem habuit oracionem in Urbe etc. His paternitatem v. r. optime valere cupio, cui me unice commendo. Ex Urbe die prima iulii anno etc. 99. Alia ex litteris cum prefato domino Iohanne Ruedel missis vestra intelliget r. p.

Per paternitatis v. r. deditissimum inservitorem Rupertum Spiegl.

2207. **1499 Juli 8, Rom.**

Rupert Spiegl, der Göttweiger Agent an der römischen Curie, schreibt Abt Mathias I. von Göttweig wegen der Uebersendung der neuen Exemtionsbulle.

Orig., Pap. Petschaft ist zum Verschlusse unter Papierdecke in rothem Wachse aufgedrückt; Copie in Cod. 894 (rothe nr., unfoliiert).

Adresse: *Reverendo patri, domino Mathie abbati monasterii montis Gotwicensis ordinis sancti Benedicti, Pataviensis diocesis.*

Animum etc. Cum domino Iohanne Rudel superioribus diebus significaveram paternitati v. r., qualiter clerici camere pro iocalibus ex consuetudine ipsis debita occasione bulle exempcionis paternitatis v. r. et monasterii Gotbicensis primum petiissent ducatos centum, deinde descendissent ad L, quibus pluribus se firmabant diebus, finaliter obtuli eis ducatos viginti, quos cum magna difficultate tandem receperunt et bullam mihi assignarunt, quam in presenciarum per banchum Fugkarorum, qui pro eius ex camera liberacione dictos viginti ducatos mutuo dederunt cum interesse solito, vestre p. r. transmitto. Eam cum sumpto bulle Nicolai summa custodia conservari suadeo. Gravibus enim impensis et laboribus obtenta fuit. Faciet paternitas v. r. eas per aliquem prelatum et si placet per dominum prepositum Viennensem aut abbatem Melicensem, executores deputatos, exemplari ipsumque exemplum seu earum transsumptum in foro contencioso, dum opus fuerit, exhibeatur et non originales, ne id accidat, quod cum bulla Nicolai factum intellexi.[1] Si quid dominus reverendissimus Pataviensis aut aliquis alius contra huiusmodi exempcionem attemptaret, habebatur recursus ad dictos executores, qui eam exempcionem sub penis et censuris contra quoscunque manutenebunt voluntate et iussu pontificis. Heri vestrae r. p. familiaris Petrus in Urbem venit, vestre r. p. litteras et copiam citacionis sibi presentandi commissas consignavit. Eundem, postquam bonam habebit comitivam, dimittam cum litteris meis. Alia cum domino Iacobo plebano in Hallpach habunde accepit vestra r. p., quam deus longo conservet evo. Ex Urbe die octava iulii anno etc. 99.

Eximie r. p. v. deditissimus inservitor Rupertus Spiegel.

2208. **1499 Juli 13, Rom.**

Rupert Spiegl, der Göttweiger Agent an der römischen Curie, schreibt Abt Mathias I. von Göttweig wegen der nothwendigen

---

2207. [1] Da die Exemtionsbulle des Papstes Nicolaus V. (Göttweiger Urk.-Buch II in Font. 2, LII, nr. 1382) nicht mehr im Originale vorhanden ist, so ist anzunehmen, dass dasselbe schon damals verloren gegangen war, weshalb obige Worte nur auf diese Thatsache bezogen werden können.

Erfordernisse zu den im kommenden October in Rom stattfindenden Verhandlungen in seinem Processe mit dem Bischofe Christophorus von Passau.

Orig., Pap. Petschaft war auf der Rückseite in rothem Wachse unter Papierdecke zum Verschlusse aufgedrückt; Copie in Cod. 894 (rothe nr., unfoliiert).

Adresse: *Reverendo patri domino Mathie abbati monasterii beate Marie virginis montis Gotbicensis ordinis sancti Benedicti Pataviensis diocesis etc.*

Premissa etc. Septima huius presentis lator Petrus, reverende pater, domine colendissime, litteras vestre r. p. cum cuiusdam civis Saltzeburgensis Virgilii Froschelmoser et nonnullas copias praesertim cuiusdam citacionis a reverendo patre domino Guilhelmo de Pereriis auditore emanate et ultima maii per edictum publicum in locis ad hoc deputatis execute presentavit. Terminus ad comparendum in citacione contra paternitatem v. r. decreta prefixus est L dierum et cadit in vigesimum huius. Sed quia octava huius indicte fuerunt vacancie usque kalendas octobris, terminus primus comparicionis erit prima die iuridica octobris et tunc inchoabitur processus. Ad dictum mensem octobris paternitas v. r. claram ad me ordinabit omnium gestorum informacionem. Fundant se adversarii in bina successive facta visitacione et in prima paternitatem v. r. repertam fuisse et convictam de inutili administracione et propterea venia petita et obtenta spe melioracionis vite ex gracia episcopi in abbaciali dignitate permansisse. Secunda per episcopum cepta et postea per eiusdem episcopi Pataviensis suffraganeum continuata, qui sua sentencia paternitatem v. r. ab abbaciali dignitate ammovit etc. Hec per adversarios in commissione narrata de necessitate per eos verificari debent. Cogentur itaque pro verificacione expositorum suorum suggestorum summo pontifici omnia inter vos acta saltem authentice producere. Producta si fuerint, fideliter examinari curabo et si qua nullitas apparuerit, retractabitur eorum processus ex eorum actis. Ordinem tamen rei geste videlicet, qualiter episcopus Pataviensis non modo visitandi, sed vescendi unam jågersuppen se in monasterium invitari procuraverit, eiusmodi invitacionis litteras ad me ordinabit vestra reverenda paternitas, deinde quibus prelatis, quo tandem ordine visitaverit et in quo contentus fuerit et quid visitacione a paternitate v. r. exequerit

seu petierit et per quos et quem voluit facta per paternitatem v. r. pretensa resignacione abbaciali dignitati preficere et an preficiendus fuerit tunc in monasterio et an fuerit membrum monasterii vestri et quid abbas electus Gotbicensis pro confirmacione episcopo Pataviensi tribuat. Hec ad longum litteris significate. Item specificentur creditores monasterii, quibus paternitas v. r., dum fuerat in regimine, satisfecit et si sunt quittancie de perceptis pre manibus, mittantur quoque, item litere exempcionis bonorum. Item informentur Romipete super structuris per paternitatem v. r. factis. Hec omnia si non plene probabunt, erunt tamen pro obtinenda remissoria ad partes et hiis habitis formalius formabuntur articuli. Preterea paternitas vestra mittat mandatum sui procuratorium speciale ad ipsam causam. Habeo enim, ut vestra r. novit p., procuratorium generale per paternitatem v. r. et non conventum, dum eratis in Urbe, factum, quod fortassis, cum causa sit magne reputacionis, non sufficiet. Fiat igitur nova constitucio in loco conventuali vocatis singulis qui haberi possunt fratribus per sonum campane et nominentur in huiusmodi constitucione: Antonius Poldo, Laurentius Algast, Ioannes Fabri, Allexander de Bononia ex eo cum clausula substitucionis. Advertat preterea paternitas v. r. ad illos, qui disturbio in monasterio facto inter episcopum et paternitatem v. r. interfuerunt, ut si aliqui ex his Urbem peterent, mittantur ad me, quos tandem in huiusmodi causa producam in testes. Si episcopi acta vigore rescripti alias paternitati v. r. missi facta non extraherent, extrahantur per paternitatem v. r., et mittantur ad me et hiis si opus fuerit producam ad acta. Omnino ante kalendas octobris nil attemptabitur. Mittantur preterea pecunie pro defensione cause, quia semper pro notariis advocatis cursoribus hiis indigebimus. Quid actum sit de ducentis et quadraginta florenis Renensibus, clare ex litteris meis cum plebano in Halspach missis v. r. paternitas accepit. Bullas exempcionis pridie presente Petro in banchum Fucharorum in Saltzeburgam ad Virgilium Froschelmoser mittendas dedi. Quid clericis camere pro hiis exsolvi, ex litteris quoque meis accipietis. Ex copia instrumenti excommunicacionis vidi paternitatem v. r. et dominum Andream excommunicatos fuisse, quare paternitatem v. r. cras vel postcras absolvi faciam. Et si paternitas v. r. habita huiusmodi excommunicacionis noticia se divinis immiscuisset, incurrisset

profecto maculam irregularitatis, quae privat quemquam beneficiis. Significatis quantocius et faciam paternitatem v. r. restitui et rehabilitari. Venient huiusmodi litterae ad quinque ducatos etc. Facultas creandi notarios apud vos leviori pecunia haberi poterit quam hic, quia religiosis non libenter datur, cum ab huiusmodi actibus publicis se abstinere debeant. Indulgencias ad capellam instaurandam in Prucendorf presentium latore, si paternitas v. r. specificasset litteris patronum capelle, item festa IIII, in quibus indulgencie huiusmodi plus prodesse possunt populo, item oratorem, ad cuius instanciam impetrari debent. In calce litterarum paternitatis v. r. reperi, quod me publice procuratorem et syndicum vestre r. p. et monasterii non appellarem, ymo publice talis vocari non velim. Salva p. v. reverencia tales sic loquentes veritati parcunt, cum notissimum sit in civitatibus Saltzeburgensi, Pataviensi et earum dioecesi, ad quas saepius defendendo et iustificando partes vestre r. p. scripsi, me procuratorem vestre r. p. eciam et in Urbe cunctis constat. Hec raptissime summis caloribus scripsi. Rome die XIII iulii anno etc. 99.

Eximie r. p. v. deditissimus inservitor Rupertus Spiegel, procurator.

2209. **1499 Juli 26.**

König Maximilian [I.] befiehlt Abt [Mathias I.] zum Gotweig auf die Klage des Wolfganng Leysenntrit als Vertreter seiner Frau Katherina, dass der Abt sich weigere, ihm die dem verstorbenen Hanns Posspir laut Schuldbrief schuldigen 50 fl. 6 β. 19 ₰., welche erblich an seine Frau gefallen sind, auf sein gütliches Schreiben zu bezahlen, dieselben zu begleichen.

Datum: Geben am freytag nach sannd Jacobs des heiligen zwelfboten tag (1499), unserer reiche des Rômischen im vierzehennden und des Hungrischen im zehennden jaren.

Orig., Pap. Deutsch. Siegel war auf der Rückseite zum Verschlusse in rothem Wachse aufgedrückt.

Kanzleivermerk von anderer H. u. Tinte: *Commissio domini regis in consilio.*

2210. **1499 September 8, Göttweig.**

Abt Mathias [I.] von Göttweig, Prior Georg und der Convent zu Göttweig übertragen dem Josef Klewber die Seelsorge und Administration in spiritualibus et temporalibus *an der dem Stifte incorporierten Kirche zum heil. Andreas in Dratigist und den Hof daselbst auf Lebenszeit und reservieren sich bloss den Käse- und Hühnerzins. Falls eine Steuer oder Auflage vom Landesfürsten ausgeschrieben oder vom Stifte eine Hilfsabgabe verlangt wird, hat er seinen Antheil zu leisten. Er verpflichtet sich ferner, die schlechten Gebäude herzustellen und in gutem Stande zu halten und weder direct noch indirect die Stiftsrechte zu schädigen. Wird ein Curatbeneficium oder ein anderes in Zukunft vacant, so haben erstere es ihm zu verleihen, wogegen ihnen der Hof sammt der Kirche ledig wird.*

Datum in Göttwico in die nativitatis Marie virginis (1499).

Siegler: (I.) Abt Mathias [I.] und (II.) der Convent von Göttweig.

Orig., Perg. feuchtfleckig. Lat. An Perg.-Streifen 2 Siegel.

I. rund, roth auf Sch. (nr. 2163 S. I). — II. rund, grün auf Sch., II B. Vgl. Sava, Siegel der Abteien, S. 33, III.

2211. **1499 October 25, Mautern.**

Sixtus Weys aus Gundlfing, Priester der Augsburger Diöcese, beurkundet, dass ihm Abt Mathias [I.] und der Convent in Göttweig laut Capitelbeschluss die Pfarre in Mautarn durch einen Weltpriester administrieren zu lassen, die Vicarie über dieselbe vom künftigen St. Dorotheafeste an auf drei Jahre mit der Bedingung übertragen haben, dass er selbst die Administration leite und sammt den Priestern, welche ihm vom Stifte durch dessen freie Wahl adiungiert werden, ehrbar lebe und sie nicht bedrücke. Er hat ferner die zur Kirche gehörigen Felder in gutem Baue zu halten, wofür ihm die Frucht und das Getreide davon verbleiben. Es gehören ihm die Stolabgaben und sonstigen pfarrlichen Rechte, sowie der jährlich von der Kirche zu Rossacz fällige Zins und die von Häusern und Gründen laut Pfarrregister fälligen Zinse und der kleine Zehent, wogegen der Wein- und Getreidezehent und die Weinlese dem Stifte zufallen. Das

Stift hat ihm jährlich 4 Mut Getreide und 8 Dreilinge Wein zu liefern und jedwede Steuer und Abgabe zu tragen. Führt jedoch der Beliehene trotz dreimaliger Mahnung einen unehrbaren Lebenswandel oder vernachlässigt er die Administration, so kann er sofort ohneweiters abgesetzt werden. Er darf auch das Stift in seinen Rechten nicht schädigen.

Datum in Mautarn (1499) die sanctorum Crispini et Crispiniani martyrum.

Siegler: Georg Fux von Kchuglperg, Praefect in Stain.

Orig., Perg. Lat. Siegel abgefallen.

2212. **1499 November 24.**

Margaretha, weilent des edlen Achatz Perger gelassen gemahel, vermacht irem elichen hawswirt Jorigen Melabrunner mit purckherren hannden der wirding stifft zum Gottweig ir gerechtigkait auf dem hof in Geroltinger pfarr gelegen, der dann purckrecht ist vom gotzhaws zum Gottweig laut desselben gemechtbriefs, wie hernach volgt, mitsambt den zwain egkhern, so von dem benanten gotzhaws zu lehen herrûrund trewlich und ungevårlich. Actum dominica die ante Katherine virginis anno etc. 99.

Notiz in Cod. H f. 247.

Vgl. nr. 2184.

2213. **1499 December 14.**

Wolfganng Toppler, Bürger zu Melkh, und Elsbet seine Frau beurkunden, dass sie Abt Mathias [I.] oder dem Convente zum Gǒttweig 20 ℔. ₰. Landeswährung zu je 10 ℔. ₰. an sand Jorigentag und sand Michelstag sammt dem Jahreszinse zu zahlen haben. Auch habe ihnen der Abt auf Verwendung der edeln Cristoff Grammer zu Zågking, Mŷchel Marichfellder, Hauptmann zum Gǒttweig, und Jorig Stokhamer, Pfleger zu Nŷderen Råna, den Jahreszins zu sand Michelstag auf 10 ℔. ₰. von jetzt an auf zehn Jahre vermindert, wogegen sie den Hof zu Maur zu Feld und zu Dorf stiftlich zu halten haben. Kommen sie ihren Verpflichtungen nicht nach, so hat der Abt das Recht, sich des Hofes ohneweiters zu unterwinden. Nach den zehn Jahren

haben sie den Zins nach der Angabe des Urbares zu leisten. Müssen sie aber den Hof aus Noth verkaufen, so *hat es zu dem Zinse des Urbares zu geschehen.*

Siegler: der edle Albrecht Puerkhstaller, Hauptmann zu Melkh, und Marchs Schachner, Dienstmann zu Melkh.

Datum: Beschehen (1499) an sambstag vor sannd Thomastag des heiligen zwellifpotten.

Orig., Perg. Deutsch. An Perg.-Streifen 2 Siegel.

I. rund, grün auf Sch., IV C. U.: s. alprecht · pvrckstaler. Abb. bei Hueber, Austria, T. 33 nr. 2 mangelhaft. — II. rund, grün auf Sch., IV A 2. Abb. ebend. T. 33 nr. 3.

2214. **1500 Jänner 1, Rom.**

Rupert Spiegl erstattet Abt Mathias I. von Göttweig Bericht von seinen Bemühungen in dem Processe desselben mit dem Bischofe Christophorus von Passau.

Orig., Pap. Petschaft in rothem Wachse unter Papierdecke auf der Rückseite zum Verschlusse aufgedrückt; Copie in Cod. 894 (rothe nr., unfoliiert).

Adresse: *Reverendo patri, domino Mathie abbati monasterii montis Gottbicensis, Pataviensis diocesis etc.*

Reverende pater, domine colendissime! etc. Vigesima nona mensis transmoti *(1499 Dec. 29)* presentium exhibitor litteras vestre r. p. et quoddam registrum, quo exolucio debitorum durante vestra administracione monasterii Gotbicensis continetur [asportavit].[a] In ipsius registri plica quoque recepi manum venerabilis viri, domini Iohannis Prenner, secretarii reverendissimi domini nostri episcopi Pataviensis, super jågersuppen vestre paternitati r. directam. Ea suo tempore non parum cause conducet. Id quod superioribus significaveram v. r. paternitati de qualibet per prefatum dominum episcopum aut eius deputatum facta visitacione, qua ad administracionem dignitatis magis v. r. paternitas fuit reperta ydonea, ex commissione cause didici, quibus ea et plura alia seculari principi suggesta mendacia continentur in deduccione cause verificanda per eos. In

2214. [a] Ergänzt.

ipsa hactenus de intencione adversariorum causa non constat, nec quidquam preiudiciale intentarunt. Scripsi cum Petro familiari paternitatis v. r. pro mandato speciali ad causam, quod hodie expecto. Habeo confectam constitucionem formalem per paternitatem v. r. et dominum Andream seniorem coram domino Iohanne Iagemaler notario satis antiquam et multum generalem, quam hodie ad acta nostra produxi exspectans specificum paternitatis v. r. solius absque conventu. Sola enim paternitas v. r. citata exstitit ad instanciam episcoporum. Habeo nihilominus quottidie familiarem specialem vigilem in condictis super eos et si aliquos testes affuturos et subordinatos forsan produceret, ad repellendos eos et ad danda interrogatoria. Antiquo huiusmodi me iuvarem, licet conventum sit nomine paternitatis v. r. et conventus monasterii, quare primo fido nunccio ad me ordinetur mandatum. Quod arguor de raris missivis ad paternitatem v. r. datis, et minus meo[b] videtur iuste. Nam prioribus temporibus nullus occurrit cursor, cui tute litteras committere potuissem, neque omnibus proficiscentibus ad has litteras committendas[c] videntur. Vereor enim, ne id, quod paternitati v. r. accidit, ut littere ad vos ordinatas[d] ad manus prefati domini episcopi perveniant, mihi accidat. Hoc tamen iubilei anno propter nuncciorum copiam frequentior ero in scribendo. Non demiretur paternitas v. r., quod pro clara negociorum gestorum scripserim informacione. Facilius enim imbibitur[d] iniuria per passum quam astantem seu auditorem. Habeo singula scripta in ea re per dominum Iohannem Bome propter allata, que aliquantulum eciam inter se discrepant, conficiam tamen formaliter articulos contra adversariorum intencionem, cum opus fuerit. Non videtur mihi consultum, ut efficiamur actores, sed expectandum erit, quid adversarii moliantur. Familiares banchi Fugkarorum habent avisamenta a Froschelmoser de satisfaccione integra super mutuatis paternitati v. r., sed de centum florenis ad causam ordinatis per dictum Froschelmoser perceptis et quos per[e] in Urbem per eum mitti debe-rentur vel certi habentur, quare paternitas v. r. iterum eundem ut mittat. Sollicitari faciat hiis me paternitati v. r., cum ad presens alia scribenda non occurrant, nisi quod sanctissimus

---

2214. [b] Statt *me*. — [c] Ergänze *apti*. — [d] Orig. — [e] Folgt ein unleserliches Wort.

dominus noster portam auream, sub malediccione ut quidam dicunt de anno MCC et XXV, alii primo 37. anno clausam, in vigilia nativitatis domini propriis manibus astantibus reverendissimis dominis cardinalibus aperuit eamque marmoreo tabulatu decoravit. Me ad vota paratissimum offero. Ex Urbe prima ianuarii etc. V[c].

Eximie v. r. p. deditissimus inservitor Rupertus Spiegel.

Qui casus sint reservati pontifici et qualiter peregrini iubilei annum consequantur, ex bullis hiis allegatis v. r. p. intelliget.

2215. **1500 Februar 6.**

Die Brüder Achacz und Kristoff die Enikcheln zu Albrechtsperig beurkunden, dass Anna die Tochter des verstorbenen Hanns des Ruedleben und Frau ihres verstorbenen Vetters Albrecht des Enykchel, eines Bruders ihres verstorbenen Vaters Caspar des Enykchel, 100 tl. ₰., und zwar 50 tl. der Kirche zu Mawr vermacht und betreffs der anderen 50 tl. ₰. angeordnet hat, Gülten dafür zu kaufen und einen Jahrtag für sie, ihr Geschlecht und das der Enykchel zu Mawr zu stiften. Dementsprechend kaufen sie 4 ß. ₰. auf dem behausten Gute des Stefflein zu Vrsprung in der Stettn in der Mawrer Pfarre, welche zu sand Kolmanstag zu zinsen sind, und 10 ß. ₰. Gülten au einer Wiese zu Prünczestorff, von welcher in das Schloss Hochennêgkch 7 ₰. zu Burgrecht zu zinsen sind. Dafür haben der Pfarrer Hanns zu Mawr und seine Nachfolger jährlich zu unnser lieben frawn tag visitacionis, als sy uber das gepirg gangen ist, *eine gesungene Vigilie mit 9 Lectionen, ein Seelamt, ein Amt* von unnser frawn schidung *und ein Amt* von unsers herrn urstendt *zu halten, die Priester mit Kost und anderem zu versehen und von dem Zinse und den Gülten seinem Gesellen 32 ₰., dem Messner 16 ₰., den Zechleuten für das Anzünden der Kerzen und die Aufrichtung der Bahre 60 ₰. zu zahlen. Sie reservieren sich jedoch das Vogteirecht über den benannten Stefflein, wofür jeder Pfarrer an sand Michelstag ein Herbsthuhn zu Vogtrecht nach Albrechtsperig zu zinsen hat. Im Falle der Vernachlässigung der Stiftungsverbindlichkeiten haben sie oder der jeweilige Besitzer der Feste Albrechtsperig das Recht, die Stiftung dem*

Caplane zu Albrechtsperig so lange zu übertragen, bis der Pfarrer von Mawr seiner Verbindlichkeit nachgekommen ist.

Siegler: (I.) Achacz Enykchl (wann ich obgenanter Kristoff Enykchl dyczmals gegrabens insigl nicht enhab), der edle Gebhart Rewtter sein Schwager, der edle Paul der Radler zu Sichtunbergkh, ihr beider Vetter.

Datum: geben (1500) an sand Dorothetag der heyligen junkchfrawn.

Orig., Perg. rostfleckig. Deutsch. Von 3 Siegeln von Perg.-Streifen 2 abgefallen.

I. beschädigt, rund, grün auf Sch., IV C. U. auf Bändern: s. achacz · ennikchel. Ein schrägrechter geschachter Balken. Cimier: zwischen einem offenen Fluge ein wachsendes Meerweib (Sibmacher, New Wappenbuch I, 33).

2216. **1500 Februar 15, Rom.**

Supert Spiegl schreibt Abt Mathias I. von Göttweig in der Angelegenheit des Processes desselben mit dem Bischofe Christophorus von Passau.

Orig., Pap. Petschaft war auf der Rückseite in rothem Wachse unter Papierdecke zum Verschlusse aufgedrückt; Copie in Cod. 894 (rothe nr., unfoliiert).

Adresse: *Reverendo patri, domino Mathie abbati monasterii montis Gotbicensis ordinis s. Benedicti, Pataviensis diocesis etc.*

Reverende pater, domine colendissime! etc. Scripsi superioribus diebus cum quodam religioso, qui scedulam super jägersuppen et quoddam registrum etcetera cum r. p. vestre missivis consignaverat, ut paternitas v. r. speciale ad causam contra episcopos Patavienses, quorum alter de medio sublatus est, ad me ordinaret mandatum, quoniam constitucio in Urbe per paternitatem v. r. et dominum Andream priorem respiciat causam vestre r. p. et conventus satis generaliter etc. Cum sit multum antiqua, timeam ipsam non admitti. Illud mandatum hodie expecto. Interim in causa nil processum est, invigilabo, quid electus Pataviensis[1] attemptaturus sit, qui personaliter iturus

---

2216. [1] Wigileus Froeschl v. Marzoll 1500 Jänner 14 — † 1516 Nov. 6 (Gams, Series ep. 301).

pro confirmacione in Urbem dicitur. Hactenus factores Fugkarorum nullam de centum florenis Renensibus apud Froschelmoser Saltzeburge, ut vestra p. r. novissime dedit intelligere, litteris depositis in cambium avisacionem habuerunt. Curabit paternitas v. r., ne perditum eant. Hec quamvis superioribus ad longum descripserim litteris, ita quidem in presentibus ea repetere non fuisset necessarium. Noluit tamen presenciarum exhibitor absque meis litteris se conspectui paternitatis v. r. presentare, quibus saltem eius diligencias agnoscere liceret. Pauci peregrini Urbem pro consequenda anni iubilei gracia ingrediuntur et hii, qui veniunt, fere omnes ex hereditariis terris regie maiestatis existunt. Quos labores eosdem peregrinos subire in Urbe oporteat quosve casus summus pontifex sibi reservaverit, ex copiis bullarum v. r. accipiet paternitas, cui me ad vota unice commendo. Ex Urbe die XV. februarii anno etc. V^c.

Eximie r. p. deditissimus inservitor Rupertus Spiegl.

2217. **1500 April 27, [Mautern].**

Sigismund Glatz, Bürger zu Mautern, stiftet ein Beneficium am Trinitätsaltar in der Pfarrkirche zu Mautern.

Orig., Perg. An Perg.-Streifen 5 Siegel.

In dem namen der heilligen und ungetailltn trivalltigkait; amen. Ich Sigmund Glatz, burger zẘ Mauttarn, bekenn etc. Und damit ich derselben gnaden mir gethan nicht undannckhperig und durch volbringung gůeter werich von dem zeitlichem guet mir hie auf erdn verlihen etwas gethan gefundn wůrd, hab ich zw lob und eern dem allmåchtign got, der lobsamen junckhfrawn Marie seiner gepererin und allem hẙmlischen hőr, auch mir, meinen vorvordern und nachkomen und allen gelaubigen seln zw hail hilf und trosst zẘ der zeit, do ich das wohlgethůn mocht, mit rat und gůeter vernůnfft auch mit willen wissen und gůnen des erwirdigen geistlichen in got herrn, hern Mathiasen abbte zum Gőtweig als vorgeer und obrisstn pharrer und nach meinem abganng rechtn lehensherrn aus båbstlicher inleibung sannd Stephans pharrkirchn zẘ Mauttarn auf der heilling trivalltigkhait allthar in der abseittn gegen mitternacht wartz gelegen, den ich auf mein dar-

legen von newem gepawt und weihen hab lassen, mit fünf messn wöchenlich zu halltn zw widmen zu erheben und zw stifftn fürgenomen, wydm erheb und stifft die auch wissentlich in krafft und mit dem brief mit meinen freyen ledigen und aignen güetern, wie hernach bestymbt werden: am erstn dem caplan sölher stifft zw ainer posses und inwonung mein haws mit seiner zugehörung gelegen zwischn Niclasn Tantzer und Wallthasarn Camrer hewsern, das dient auf den Götweig zw sand Gillgntag zwaintzig metzn vogthabern, sechs schreibphenning, zwelf schnidtphenning an sannd Margrethentag und von ainer rynn in des Tanntzer haws an sand Mertntag purckhrecht zwen phenning. Darinn sol der caplan sein wonung haben, allsverr das haws verkaufft wirdt nach rat frumer burger und dem caplan ain annders hewsl kaufft oder umb das gellt gepaut wirdet ungeverlich yedoch gemainer stat mitleidn in mitler zeit, wie annder burger daselbs zw Mauttarn unvergriffen. Item ainen weingarten genant das Püesserlehen ligt unnderhalb der stat Mauttarn dient dem vom Götweig an sannd Gillgntag zehen metzen vogthabern drey schreibphenning an sannd Mertntag, sechs schnitphenning und nicht mer. Und in das benant Puesserlehen, damit sölh diennst dester pas geraicht mügen werden, gehörn die hernachgeschriben gründt und güeter hinwiderein: item ain joch agkher im Nidernveld zw Mauttarn gelegen zwischen des pharrer und der Vleischackher zechagkher und stösst undtn auf den Santweg; item anderthalb joch agkher gelegen zwischn Jobstn Hofman und Niclarer agkher und stösst auch undtn an den Santweg; item drew virtl agkher gelegen zwischen Niclarerpraittn und Wernnhart Karlingers agker undtn daran und stössn auf die Sanntgassen. Auch diennt die Pärtl Weinzürlin dartzw von irem haus sechszig phenning diennst und vier phenning purckhrecht an sannd Mertntag und maister Niclas Khumpp zw Mauttarn dienst von seinem zuehaus zwaintzig phenning und vier phenning purckhrecht an sannd Mertntag. Item mer gib ich zw der bemeltn stifft ainen gartn gelegen zwnagst der Thüenaw in das benant Püesserlehen mit ainem frid umbfanngen genant der Krews, dient in den pharrhof zw Mauttarn vier schilling phenning und ain phenning purckrecht zw sannd Mertntag; item ain dritl weingartn genannt das Rähel gelegen zw Pach bey der Rynn zwischen sand Stephanszech weingartn und

Hannsen Schmůtzer des vischers weingartn, ist purckhrecht auf den Gôtweig zẘ sannd Mertntag fůnf phenning; item zwai joch agkher genant der Grasser, ist lehen vom Gôtweig ligt zwischen Leonhart Karthner und Niclarer agkher, ist purckhrecht Gabrielen zẘ Pawnngartn in sein lehen an sannd Mertntag acht phenning; item drew virtl agkher gelegen zwischn Hannsn Stawnner und Jobstn Hofman agkher, purckhrecht in die gusterei zẘ Gôtweig an sannd Mertntag fůnf helbing; item annderthalb joch agkher gelegen im Obernveld zwischen Hannsen Mair und des Hauser zw Stain ågkher růrt lehen von dem vam Gôtweig und diennt in die Rewtpeundt zẘ Pawnngartn, besitzt Anndre Gollier an sannd Mertntag drei phenning; item mer ainen weingartn genant der Rynnweingartn gelegen zẘ Pach zwischen sannd Stephans und Pauln Luegmůllners weingartn und diennt ainem probst zẘ Sannd Pôlltn im lesen zehen emer mosst und zwen phenning purckhrecht ablait und anlait in irn hof daselbs zẘ Pach und der penandt weingartn ist erbrecht nach laut brieflicher urkundt darumb ausganngn. Auch dient man von yetztgenanntn weingartn in Wallerbacherhof zẘ Hůnczhaim an sannd Mertntag zehen phenning. Item ain halbs joch weingartn gelegen am Stainpartz genannt der Sŷlberpôgl, ist purckrecht ainem pharrer zẘ Mauttarn an sand Mertntag drey helbing und nicht mer; item ainen weingartn genannt der allt Neẘsatz, des man ain joch schatzt, gelegen auf der Grůeb oberhalb des lanngen zawn, ist purckhrecht in maister Niclasn Kumppm behausst lehen zẘ Mauttarn an sannd Mertntag zehen phenning; item ain halbs joch weingartn gelegen am Stainpartz auch genannt der Sŷlberpôgl ligt neben des andern, ist auch purckhrecht ainem pharrer zẘ Mauttarn zw sand Michelstag drei helbing; item daselbs dreẘ virtl weingartn genannt der jung Neẘsatz und ligt oben heran an den alltn Neẘsatz und ist purckrecht Leonnhartn Khettner zẘ Mauttarn in sein veldlehen zwen phenning; item ain joch weingartn gelegen am Sůessnperg genant die Gablerin gelegen zwischen des probst zẘ Sannd Pôlltn und sannd Stephans alltar zẘ Stain weingartn und diennt ainem pharrer zẘ Ainôdt an sand Mertntag dreissig phenning; item ain halbs joch weingartn gelegn hinder der stat Mauttarn zwischn Niclasen Kumpp und Wolfganngen Schmid weingartn; item ain joch weingartn genannt die Kers-

peckhin diennt in sand Stephanszech zẘ Mauttarn fünfundviertzig phenning zẘ sand Mertntag; item ain joch agker gelegen an der von Subn neẘsatz under der Grůebn und ist purckrecht dem Nehagker zẘ Pach in sein lehen an sannd Mertntag achtthalbn phenning; item neẘn virtl agkers gelegen bey dem Rottnkreutz, ist halbertail mein erbguet und halben tail hab ich abgelôsst von des Golperger erben. Item so ich mit todt abgienng und mein geschåfft und lesstn willen ain ordnung gemacht hiet, was ůber sôlh mein geschåfft und ordnung auch wissenntlich geldtschuld meine gůeter, es sey erbguet oder varund hab nichts ausgenomen, sol alles gepraucht und genůtzt werdn zẘ der berůrtn meiner stifft und allttar der heilligen trivalltigkait, damit der caplan die mesz und den gotzdiennst, wie hernach benennt wirdet, dester pas volpringen und ausrichtn můge. Dartzẘ mag er solhe grundt und gueter zẘ seinem nutz und narung prauchn nůtzn und geniessen, wie im am allerpesstn fuegt und zÿmlich ist, on mein und allermenigclichs irrung und widersprechen ÿedoch die unverkhumert und peẘlichn dabey behalltn. Darumb sol ain ÿeder an der zeit caplan auf dem berůrttn der heilligen trivalltigkait alltar all wochen unnder dem singen auf den tag fünf mesz lesen am suntag von der heilligen trivalltigkait oder die dominckhn von zeit, am monntag ain selmesz umb die stiffter und all gelaubig seln, am mittichen oder phincztag von sannd Stephan oder von gotzleichsnam, am freÿtag von dem heilligen krêucz, am sambstag von unnser lieben frawn. Ob aber ain hôchtzeitlicher tag darunder gefielle, sol er lesen von dem heilligen tag und von der bemeltn mesz desselben tags mit ainer zugehalltn collecten genůeg thůn haben ungeverlich. Wůrde aber der caplan darinnen sawmig und die mesz, wie oben geschriben ist, nicht ausrichttet, es wår aine oder mer und die in ainer zymlichen zeit nåmlich inner acht tagen durch sich selbs oder ainen anndern priester nicht erstattet, allsofft das an redlich ursach geschêhe, ist er umb ain yedliche versawmbte mesz in sannd Stephan sagran zẘ Mauttarn zẘ ainer pen verfallen ain halb phundt wachs on geverd. Er sol auch jårlich an ainem suntag in der vasstn alls letare oder iudica, wann es stat und fueg mag haben, vor verkhůndn und umb die stiffter lebenttig und todt pitten lassen des abenndts mit vigili und des morgens mit ainem selambt ainen jarttag begeen. Er sol auch

verkunden und drei stacion halltn lassen im iar jårlich des nachts mit ainer halben vesper und des morgenns mit ainem hahambt. Das soll geschêhen zẘ der kirchweich des benanntn alltars alls des suntags nach assumpcionis Marie an dem tag der heilligen trivalltigkait, auch des tags der erfindung des heilligen krêutz, darumb sol ain ẙeder an der zeit caplan ainem ẙedlichn an der zeit pharrer zẘ Mauttarn, damit er solhn jarttag und stacion begeen lassen und ausgericht hat an sannd Mertntag darnach zu ainer refusion oder widerlegung jårlichen raichen zehen schilling phenning, davon sol der pharrer den gesellen und caplån entrichten nach gewonhait der kirchn daselbs. Auch sol der caplan alle feirtag oder alle suntag, wann man ungevêrlich auf der canntzl pittet, umb die stiffter pitten lassen und den gesellen an sand Jorigentag jårlich geben viertzig phenning und dem Môsner zẘ aufzůndtn und den alltar, alls offt es not thuet, zẘ zyrn zwenunddreissig phenning. Auch sol der caplan den alltar selber beleichtn oder sich nach rat ains zechmaister sannd Stephans pharrkirchn umb das liecht vertragen, das dennoch an dem liecht nichts entzogen sunder bemelter alltar zẘ vesper und messn gepůrlich beleichtet werd, alls annder alltår daselbs gewandlich ist angeverd. Auch sol der caplan an hôchtzeitlichen tagen mit seinem korrockh bey vesper und procession steen. Desgeleichen am suntag und an den heilligen tågen wie annder gestifft caplån daselbs und ainem pharrer noch seinen priestern nichts entziehen oder schedlich sein und demselben ůber solhs nichts mer schuldig zů thun, sůnder von im unverpunden sein ongeverd. Das lehen des bemeltn alltars der heilligen trivalltigkait und meiner stifft behallt ich mir obgenannter Sigmund Glatz nach gewonhait des lanndes mein lebttag und nicht lennger bevor, das ich mag solhe obgemellte gůeter ågkher weingårttn und gårtn mein lebttag nůtzn und nẙessn doch unverkumert und peẘlich mein lebtag oder allslang ich will, innen haben und daneben ainen caplan auf mein phrůenndt und sold, wie ich mich mit im vertrag, doch unverpuntn halltn mag, der die mesz, wie oben berůrt sind, dennoch ausrichtet und lesz. Und wann ich mit todt abganngn pin, dann sol der vorgenannt abte und herr, her Mathias, auch all sein nachkomen abte auf dem Gôtweig zẘ ewigen zeitten recht und unzweifenlich lehenherrn sein und die benannt gotzgab und alltar, allsofft die ledig wirdet, ainem

